

GAUDEO



Haec tibi pentadecas tetragonon respicit illud
Hospitium petri ꝛ pauli ter quinqꝫ dierum.
Namqꝫ instrumētum vetus hebdoas innuit: octo
Lex noua signatur. ter quinqꝫ receptat vtrunqꝫ.



Quarta pars Veteris testamenti He-
braico Grecoqꝫ idiomate nunc
primum impressa: adiun
cta vtriqꝫ sua latina
interpreta-
tione.

Ad sanctissimum ac clementissimum dominum nostrū .D. Leonem Decimum diuina prouidentia Pontificem maximum Reuerendissimi in Christo patris ac dn̄i. D.F. Francisci Simenii de Cisneros Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ tituli. S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis Hispaniæ Archiepiscopiqꝫ Toletani ac regnorū Castellæ Archicācellarii &c. In libros veteris ac noui testa. multiplici lingua impressos.

Prologus.



Ulta sunt beatissime Pater: quæ ad excudendas imꝓssoriis formis originales sacræ scripturæ līguas nos incitarūt. Atqꝫ hæc īprimis. Qꝛ cū vniuscuiusqꝫ idiomatis suæ sint verborū ꝓprietates: quarū totā vim nō possit quantūlibet absoluta traductio prorsus exprimere: tum id maxime in ea lingua accidit: ꝑ quam os domini locutum est. Cuius littera ꝙuis ex se mortua sit & uelut caro: quæ non prodest quicq̄ꝫ (Nam spiritus est qui uiuificat) quia tamen Christus uerborum figuris uelatus intra eius uterum manet inclusus: nō dubiū: quin tam admiranda sit fœcunditate repleta: tā exuberanti mysteriorū copia cumulata: ut cū plena semꝑ sit & redundās: flumina de uentre eius fluāt aquæ uiuæ: unde hi quibus datū est reuelata facie gloriā dn̄i speculari: ut in eandē imaginē trāsformētur possint assidue haurire mira diuinitatis eius arcana. Quippe cū nulla dictio nulla litterarum cōnexio esse possit: ex qua non emergāt & ueluti pullulent reconditissimi cœlestis sapientiæ sensus. Ex quibus cū non possit eruditissimꝰ quisqꝫ interpres nisi unicū explicare: necesse est ut post interꝑtationē maneat adhuc scriptura grauida: uariisqꝫ ac sublimibus intelligētiis plena: quæ nequeant aliūde q̄ꝫ ex ipso archetypæ linguæ fonte cognosci. Accedit: ꝙ ubicunqꝫ latinorū codicū uarietas est: aut deprauatæ lectionis suspitio (id quod librariorū impitia simul & negligentia frequentissime accidere uidimus) ad primaꝫ scripturæ originē recurrēdum est: sicut beatus Hieronymꝰ & Augustinꝰ ac cæteri ecclesiastici tractatores admonēt: ita ut librorū veteris testamēti synceritas ex Hebraica ueritate: Noui aūt ex Græcis exemplaribus examinetur. Vt ipsa igitur originalia in prōptu haberet quicūqꝫ diuinarū litterarū studiosus: possetqꝫ nō solis riuulis eē contētus: sed ex ipso fonte salietis aquæ in uitā æternam sitim pectoris extinguere: iussimꝰ archetypas sacræ scripturæ linguas cuꝫ adiunctis variarū linguarū translationibus impressioni mādari Sāctitatis tuæ nomini dedicādas. Atqꝫ imprimis nouū testamentum GræcoLatinoqꝫ sermone excudendū curauimus simul cum Lexico græcarum omniū dictionum: quæ possunt in eo legentibus occurrere: ut his quoqꝫ qui nō integrā linguæ cognitionem adepti sunt ꝓ uiribus consuleremus. Deinde uero anteq̄ꝫ Vetus testamentum aggrederemur: Dictionariū ꝓmisimus Hebraicorum Chaldaicorūqꝫ totius Veteris instrumēti vocabulorū. Vbi nō tantum multiplex significatio cuiusqꝫ dictiōis exprimitur: sed (quod studiosis vtilissimū fore credimꝰ) locus scripturæ in cuiusqꝫ significati testimoniū citatur. Rursus: cū nō solus litteræ occidentis cortex: sed introrsus latitans spūs viuificantis nucleus maxīe sit a studioso diuinæ scripturæ requirēdus: atqꝫ huius præcipua pars ex propriorū noīm interpretatione depēdeat: quorū ab æterno ꝓuisa impositio īcredibilē opeꝫ affert ad ꝓpalandos spirituales abstrusosqꝫ sensus & detegēda arcana mysteria: q̄ sub ipso litteralis textus vmbraculo spiritus sanctꝰ velauit. Idcirco interꝑtationes ꝓpriorum noīm a viris linguarum ꝑitia ꝓcellētibus maxima diligentia iussimus elucubrari: & secundum alphabeticā seriem dispositas Dictionario adiūgi. Quibus succedit legēdorū hebræorū characterū instructio & eiusdē idiomatis Grāmatica ex pluribꝰ receptæ fidei Hebræis autoribꝰ collecta & ad latini artificii normā reducta. Quibus omnibus ueluti pro ꝓludio ita pactis: ad excussionem diuersarum ueteris testamēti linguarū nos conuertimus: adiicientes etiā singulis earum suam latinam translationem. Qua ī re aperte Beatitudini tuæ testari possumus Pater sanctissime: maximā laboris nostri partē in eo ꝓcipue fuisse uersatā: ut & uiroruꝫ in linguarū cognitione eminentissimorū opera uteremur & castigatissima om̄i ex parte uetustissimaqꝫ exemplaria pro archetypis haberemꝰ: quorūquidē tā Hebræorū q̄ꝫ Græcorū ac latinorū multiplicē copiā uariis ex locis nō sine sūmo labore cōquisiuimus. Atqꝫ ex ipsis quidē græca Sāctitati tuæ debemꝰ: qui ex ista apostolica bibliotheca antiquissimos tū ueteris tum noui testamēti codices perq̄ꝫ humane ad nos misisti: qui nobis in hoc negocio maximo fuerūt adiumento. Cōsumata itaqꝫ excussione Noui testamenti Græce Latineqꝫ impressi cum suo Lexico. Impresso etiā hebraico Chaldaicoqꝫ dictionario: cui adiuncta est Grāmatica cum nominum propriorū interpretationibus. Absolutis præterea annotationibus differentiarum Veteris testamenti: quas cum Nicolaus de Lyra non omnino absolutas edidisset: eas nos ꝑ uiros linguarum peritissimos multis in locis addi fecimꝰ. Tandē diuino auxilio Vetus testamentum multiplici lingua excudi fecimus. Quæ omnia nunc ad Sanctitatē tuā mittimus. Nā cui potius vniuersæ uigiliæ nostræ dicādæ sūt q̄ꝫ apostolicæ isti sedi: cui om̄ia debemus? Aut quis libētius sacros Christianæ religionis libros suscipere & amplecti debet: q̄ꝫ sacer Christi uicarius? Accipiat igitur Sāctitas tua læta frōte munusculum: quod in domini gazophylacium offerimus: ut incipiant diuinarum litterarū studia hactenus intermortua nunc tandem reuiuiscere. Obsecramus aūt beatitudinē tuam enixissime: vt libros hosce: qui nūc se sacris istis uestigiis supplices aduoluūt examines: & ad seuerissimi iudicii tui cēsurā reuoces: vt si Christianæ reip. vtiles fore videbūtur: editionis beneficium a sanctitate tua recipiāt. Nam eos nos hucusqꝫ cōtinuimus: sacrū istum apostolici fastigii oraculum cōsulturi. Sed iam hæc ad Beatitudinem tuam satis. Nunc ad instruendum de operis artificio lectorem cōuertimur.

Prologus.

Ad lectorem de his que ad lectionem Ueteris testamenti diuersis linguis nunc primũ impressi: sunt prænotanda.



Ut intelligas studiose lector modũ & ordinẽ: quẽ in hac veteris testamẽti ĩpressiõe seruauim⁹: ac inde possis hoc libro facile uti: nõnullorũ te admonitũ prius eẽ oportet. Imprimis igitur id est ꝑmittendũ: ꝙ cũ uetus testamentũ a sacris doctoribus trifariã diuidatur: hoc est in legẽ: quã Pentateuchũ appellãt: & ĩ libros deinde agiographos: ac demũ in eos qui dicuntur ꝓphetales: in his oĩbus non est idẽ numerus linguarũ. Sed Pentateuchus quidẽ triplicẽ linguã habet: Hebraicã videlicet Chaldaicã & Græcã: qs imprimẽdas iussimus cũ aliis tribus latinis interꝑtatiõibus iuxta correspõdentibus: ita ut Hebraicæ ueritati respondeat latina beati Hieronymi translatio: Chaldaicæ uero alia latina fere de uerbo ad uerbũ a uiris ei⁹ linguæ peritissimis elaborata. Græcæ ãt septuaginta interꝑtũ editioni: interlinearis latina traductio. Agiographi deinde libri simul & Prophetales duplici lingua excudũtur: hoc est Hebræa & Græca cũ aliis duab⁹ latinis trãslatiõibus illis correspondentibus. Nã Chaldaica in cæteris libris ꝑterꝙ in Pẽtateucho corrupta est aliquibus in locis & fabulis merisꝙ Thalmudistarũ nugis cõspersa: ĩdigna prorsus quæ sacris codicibus inseratur. Verum quia quibusdam in locis ubi integra est littera & ĩcorrupta: mirũ in modũ fauet Christianæ religioni: idcirco reliquos libros toti⁹ ueteris testamẽti e Chaldaica lingua in latinã uerti fecimus: & diligẽtissime cũ sua latina traductiõe cõscriptos in publica Complutẽsis nostræ vniuersitatis Bibliotheca reponi. At uero libri extra canonẽ: quos ecclesia potius ad edificationẽ populi: ꝙ ad auctoritatẽ ecclesiasticorũ dogmatũ confirmandã recipit: Græcã tm̃ hñt scripturã: sed cũ duplici latina interꝑtatione: altera beati Hieronymi: altera ĩterlineari de verbo ad verbũ: eo modo quo in cæteris. Hæc autẽ de numero linguarum huius libri oportuit in uniuersum ꝑlibasse. Nunc de modo quo linguas in libro ipso disposuimus: breuib⁹ agendũ est. Primum itaꝙ aperto codice duæ se tibi chartarũ facies hinc & inde offerẽt: quarũ unaquæꝙ tres columnas habet. Ex quibus ea quæ ad marginẽ exteriorez sita est: Hebraicam continet veritatem. Quæ vero interiori margini adhæret Græca est septuaginta interꝑtum editio: cui supponitur latina interlinearis traductio de uerbo ad uerbum. Mediam aũt inter has latinã beati Hieronymi translationẽ uelut inter synagogam & Orientalẽ ecclesiam posuim⁹: tanꝙ duos hĩc & inde latrões mediũ aũt Iesuz hoc est Romanã siue latinã Ecclesiã collocãtes. Hæc enim sola supra firmã petrã ædificata (reliquis a recta scripturæ intelligẽtia qñꝙ deuiãtibus) imobilis semper in veritate ꝑmansit. Disponuntur vero colũnæ ipsæ hoc modo: ut singulis lineis Hebraicis correspõdeãt binæ lineæ latinæ e regiõe: hoc tamen semꝑ obseruato, ut omnes colũnæ tã in principio ꝙ in fine cõsentiant: nisi ubi loci angustia non patitur: quod rarissime deꝑhẽdes.

Deinde quia institutũ nr̃m est: non solũ his cõsulere: qui absolutã linguarũ peritiã sunt assecuti: sed his etiaz opem ferre qui parũ in eis ꝓfecerunt: utrisꝙ enim debitores sumus: nemineꝙ esse cupimus: quẽ ꝑegrinorum idiomatum difficultas absterreat a diuinorũ librorum penetralibus adeundis. Idcirco vt Hebraicas dictiões facile possit quicũꝙ distinguere: & suã latinã interꝑtatione cuiꝙ assignare: inter singulas dictiões Hebraicas superponũtur minutæ litterulæ latinæ alphabetico ordine ꝓcedẽtes: quibus cõsimiles aliæ in latina ꝓxima colũna correspõdent: ut ꝑ similitudinem litterulæ cognoscatur: quæ dictio latina ad quã Hebraicã sit referẽda. Quãdo uero interpres ꝑ circũlocutionem pluribus dictionibus unicam interꝑtatur: aut e diuerso unica dictiõe plures amplectitur: tũc una litterula toti circũlocutioni uel etiã compendio deseruiet. Ex his ꝑterea litterulis nõnullas repies: quib⁹ tenue punctũ subscribitur hoc modo. ª Quod quidẽ punctũ designat: uel dictionẽ hebraicã subiacentẽ multiplicẽ esse & æquiuocã: ac ꝓinde reconditũ aliquod secretæ intelligẽtiæ mysterium claudere: quod possit facile cõsulto Dictionario a ꝑspicacibus mẽtibus ĩuestigari: uel denotat saltẽ: ipsam eius significationez in latina colũna positã potius translatitiã esse & soli sensui subseruientẽ: ꝙ ꝓpriã omnino & litteralez. Rursus quia inuenire primitiua siue radices dictionum Hebraicaruz & Chaldaicarum a prima origine deuiantium res est ꝑquam necessaria ad reperiẽda in Dictionario uocabula: sed tantæ difficultatis: ut hoĩes eius linguæ peritissimi frequẽter in ea titubent: ac nõnunꝙ etiã labantur: artificium excogitauimus ꝙ vtilissimum: quo possit quispiã uel primis dũtaxat Hebraicis rudimẽtis imbutus radicẽ cuiusꝙ dictionis in promptu habere: ut iã his adminiculis adiuti: Hebræorũ (ut ait beatus Hieronymus) nauseam & ructum fastidiẽtes: ꝑceptores eorum consulere nõ egeamus. Aduertendũ itaꝙ est: ꝙ cũ dictioni Hebraicæ siue Chaldaicæ correspondet alia in margine (quod dignosces ex simili litterula utriꝙ dictiõi imposita) tunc dictio ipsa sicut est in margine notata: querẽda est in vocabulario. Ille enim sunt primæ litteræ substãtiales primitiui. Reliquæ uero dictiões Hebraici text⁹: quib⁹ nulla dictio primitiua respõdet in margine: ex primis earũ tribus aut qñꝙ etiã solis duabus litteris sunt in dictionario requirendæ. Præterꝙ ubi ꝑcesserit aliqua ex his quiꝙ litteris beth: he: caph: lamed: mem: quocunꝙ apice subiecto: dum modo sit apice desuper notata hoc modo ב֫ ה֫ כ֫ ל֫ מ֫ Tunc enim talis littera ꝓ articulo seu ꝑpositio ne sumitur: ac proinde cum non sit littera substantialis auferẽda est: & proximæ tres uel quãdoꝙ etiã solæ duæ litteræ sequentes erũt primæ litteræ primitiui: ex quib⁹ dictio ipsa in uocabulario repietur. Quod eodẽ modo intelligendũ est de ו vau littera etiaz si nunꝙ tali signo notetur. Vbicunꝙ enim alicui dictioni ꝑponitur: semꝑ pro coniunctione copulatiua vsurpatur: quare tollere eã oportebit. Atꝙ hæc quidẽ succincte dicta sunt: ut legentibus Hebraicã litterã statim absꝙ arte seu consideratiõe vlla pateat dictionis primitiuũ. Quod si curiosus lector non solo vsu contentus artẽ reperiendarũ radicũ nosse desiderat: legat vltimum capitulum nostræ Hebraicæ Grãmaticæ in fine Hebraici dictionarii: quod tamen ut absꝙ librorum reuolutiõe facile occurreret: in pricipio

Pētateuchi duxim9 apponendū. Illud ē etiā cōſiderādū
ꝙ in hebraicis characterib9 ſciēter omiſim9 apices illos
quibus nunc vtuntur Hebræi pro accentibus. Nā hi cu3
ad nullam vel ſignificati vel ꝓnunciationis differentia3
ptineant: ſed ad ſolam cantus ipſorum modulationem:
merito a veteribus Hebreis reiecti ſunt: quos in hoc imi
tari maluimus. Verum ne locus accentus cuiuſq3 dictio
nis ignoraretur: hoc modo ꝓuidimus: vt quoniam dicti
ones Hebraicæ vt plurimum in vltima habent accentū:
oēs huiuſmōi dictiōes nullo prorſus apice notarētur: re
liquæ vero non habentes accentum in vltima (quæ ra-
riſſime occurrunt) ſuper ſyllabam vbi prædominatur
accentus: apice ſignarentur hoc modo אָרֶץ . Cæterum
in diſtinctione clauſularum colo etiam vtuntur Hebræi
& commate: ſed ita: vt colum ſit duplex punctum: ſicut
cōma apud latinos: hoc modo: Comma vero tale ſignū ‸
Quod autem ad Græcam ſcripturam attinet: illud te nō
latere volumus: non vulgaria ſeu temere oblata exem-
plaria fuiſſe huic noſtræ impreſſioni archetypa: ſed ve-
tuſtiſſima ſimul & emenda tiſſima: quæ ſanctiſſim9 dñs
noſter Leo Decimus Pontifex maximus ceptis noſtris
aſpirans ex ipſa apoſtolica Bibliotheca ad nos miſit: tan
tæ integritatis: vt niſi eis plena fides adhibeatur: nulli re
liqui eſſe videantur: quibus merito ſit adhibenda. Qui
bus etiam adiunximus alia non pauca: quorum partem
ex Beſſarionis caſtigatiſſimo codice ſumma diligentia
tranſcriptam Illuſtris Venetorum Senatus ad nos mi-
ſit: partem ipſi magnis laboribus & expenſis vndiq3 cō
quiſiuimus: vt copia emendatorum codicum abunde
ſupereſſet. Latinam itidem Beati Hieroymi tranſlatio-
nem contulimus cum ꝗ plurimis exemplaribus venerā
dæ vetuſtatis: ſed his maxime: quæ in publica Complu
teñ. noſtræ vniuerſitatis Bibliotheca reconduntur: quæ
ſupra octingenteſimum ab hinc annum litteris Gotthi-
cis cōſcripta ea ſunt ſynceritate: vt nec apicis lapſus poſ-
ſit deprehendi. Aliqua tamen nomina ꝓpria vitio ſcri
ptorum aliter ſcripta ꝗ in originalibus vtriuſq3 teſtamē
ti habentur intacta dimiſimus: atq3 id quidem conſulto.
Nam ſi nunc in eis litteram aliquam mutaſſem9: nequa-
ꝗ poſſent reperiri in tractatu interpretationum: quem
iuxta vulgatam horum nominum ſcripturam alphabe
tico ordine pridem confeceramus. Adnotauimus tamē
in ipſis interpretationibus eadem nomina ꝓpria non
ſolum ponentes ea ſicut communiter ſcribuntur: ſed eti
am ꝑut habentur ad litteram in ſuis originalibus. De-
mum in libro pſalmorum illud eſt admonendum: com
munem tranſlationem latinam: qua vtimur: poſitam
eſſe ꝑ interlineari ſupra græcam ſeptuaginta interp̄tū
editionē: quia ei de verbo ad verbum fere correſpōdet.
Eam autem quam beatus Hieronymus iuxta hebraicā
tranſtulit veritatem in medio duarum columnarum fu
iſſe locatam. Vale.


Incipit ꝓlogus in Eſaiam ꝓphetam.



EMO CVM ꝓphetas verſibus viderit
eſſe deſcriptos: metro eos eſtimet apud
hebreos ligari. & aliquid ſimile habere
de pſalmis uel operib9 Salomonis. Sed
quod in demoſthene & tullio ſolet fieri
ut p cola ſcribantur & cōmata: qui vtiq3
ꝓſa & non uerſibus conſcripſeruut. Nos quoq3 utilitati
legentium ꝓuidentes: interpretationem nouam nouo
ſcribendi gñe diſtinximus. At primum de eſaia ſciendū
ꝙ in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe ut uir nobilis & ur
banæ elegantiæ: nec habens quicꝗ in eloquio ruſticita-
tis admixtum. Vñ accidit ut p̄ cæteris florem ſermo-
nis eius: trāſlatio non potuerit conſeruare. Deinde etiā
hoc adiiciendum ꝙ nō tam ꝓpheta dicendus ſit ꝗ euan
geliſta. Ita enī vniuerſa xp̄i eccleſiæq3 myſteria ad liqui
dum ꝓſecutus eſt: ut non putes eum de futuro uaticinari
ſed de p̄teritis hiſtoriā texere. Vñ coniicio noluiſſe tunc
tp̄is ſeptuaginta interp̄tes fidei ſuæ ſacramenta pſpicue
ethnicis ꝓdere: ne ſanctu3 canibus & margaritas porcis
darent. quæ cū hanc editionem legeritis ab illis aīaduer
tetis abſcondita. Nec ignoro quanti laboris ſit ꝓphetas
intelligere: nec facile quēpiam poſſe iudicare de interp̄
tatione: niſi intellexerit ante q̄ legerit. Nos quoq3 pate
re morſibus plurimorum: q ſtimulante inuidia quod cō
ſequi non ualent deſpiciunt. Sciens ergo & prudens in
flammam mitto manū. & nihilominus hoc a faſtidioſis
lectoribus p̄cor: vt quō græci poſt ſeptuaginta tranſlato
res: aquilā & ſymmachū & theodotionē legūt: uel ob ſtu
diū doctrinæ ſuæ: uel ut ſeptuagita magis ex collatione
eorum intelligant: ſic & iſti ſaltem vnum poſt priores
habere dignentur interp̄tem. Legant prius & poſtea de
ſpiciant: ne uideantur non ex iudicio ſed ex odii p̄ſum-
ptione ignorata damnare. Prophetauit autem Eſaias in
hieruſalem & in iudæa: necdū decem tribubus in capti-
uitatem ductis: ac de utroq3 regno nunc cōmixtim nūc
ſeparatim texit oraculum. Et cum interdum ad p̄ſente3
reſpiciat hiſtoriam & poſt babyloniæ captiuitatem redi
tum populi ſignificet in iudæam: tamen oīs eius cura de
uocatione gentiū & de aduentu xp̄i eſt. Quem quanto
plus amatis o paula & euſtochium tāto magis ab eo pe-
tite: ut ꝓ obtrectatiōe p̄ſenti qua me indeſinēter æmuli
laniāt: ipſe mihi mercedē reſtituat in futuro: qui ſcit me
ob hoc in peregrinæ linguæ eruditiōe ſudaſſe: ne iudei
de falſitate ſcripturarum eccleſiis eius diuti9 inſultarēt.

Explicit ꝓlogus.

Incipit argumentum.



SAIAS in hieruſalem nobili genere ortus ē:
ibiq3 ꝓphetauit. Sub manaſſe rege ſectus in
duas partes: occubuit. Sepultuſq3 eſt ſub quer
cu rogel: iuxta tranſitum aquarum quas oli3
e3echias rex iacto obſtruxerat puluere.

ESAIAS.
ΗΣΑΙΑΣ.

Uiſio quā vidit eſaias filiꝰ amos: quā vi
Ὅρασις ἣν εἶδεν ἡσαΐας υἱὸς ἀμώς, ἣν εἶ
dit contra iudeam et cōtra ieruſalē
δεν κατὰ τῆς ἰουδαίας καὶ κατὰ ἱερουσαλήμ
in regno ozie et ioatham achaz
ἐν βασιλείᾳ ὀζίου καὶ ἰωάθαμ καὶ ἄχαζ
et ezecie: q̄ regnauerūt in iudea. audi celū et auri
καὶ ἐζεκίου, οἳ ἐβασίλευσαν τῆς ἰουδαίας. ἄκουε οὐρανὲ καὶ ἐνω
bꝰ pcipe terra: q̄ dn̄s locutꝰ eſt. filios genui et exaltaui: ip=
τίζου γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν. υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐ
ſi aūt me ſpreuerūt. cognouit bos poſſeſſorē: et aſinꝰ
τοὶ δέ με ἠθέτησαν. ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν
preſepe dn̄i ſui: iſrael aūt me nō cognouit: et pplꝰs
φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός
meꝰ nō itellexit. ve gēs peccatrix: pple plene pctis:
με οὐ συνῆκεν. οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν, λαὸς πλήρης ἁμαρτι
ſemē nequā: filii iniq̄ dereliquiſtis dn̄m:
ῶν, σπέρμα πονηρόν, υἱοὶ ἄνομοι ἐγκατελίπετε τὸν κύριον,
et ad iracūdiā cōcitaſtis ſcm̄ iſrael: alienati ſunt
καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ ἰσραήλ, ἀπηλλοτριώθησαν
in retro. q̄d vltra pcutiemini addētes iniq̄tatē? om
εἰς τὰ ὀπίσω. τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶ
ne caput in laborē: et omne cor in triſticiā a
σα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην ἀπὸ
pedibꝰ vſq̄ ad caput nō eſt in eo ſanitas: vulnus
ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, τραῦμα
liuor plaga tumens: nō eſt malagma iponē
μώλωψ πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖ
re neq̄ oleum neq̄ alligaturas. fra veſtra deſerta
ναι οὔτε ἔλαιον οὔτε καταδέσμους. ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος αἱ
ciuitates vr̄e ſuccenſe igni: regionē vr̄am corā vobis
πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν
alieni deuorant eam. et deſolata ē ſubuerſa
ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν. καὶ ἠρήμωται κατεστραμμέ
a pplis alienis. derelinquetur filia ſi
νη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων. ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ σι
on ſicut tētoriū i vinea: et ſicut pomorū cuſtodia in cu=
ὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σι=
cumerario: ſicut ciuitas obſeſſa. et niſi dn̄s ſa=
κυηράτῳ, ὡς πόλις πολιορκουμένη. καὶ εἰ μὴ κύριος σα
baoth reliquiſſet nobis ſemen: q̄ſi ſodoma vtiq̄ facti
βαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς σόδομα ἂν ἐγενή
fuiſſemꝰ: et q̄ſi gomorra vtiq̄ aſſimilati eēmꝰ. audite verbū
θημεν, καὶ ὡς γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. ἀκούσατε λόγον
dn̄i principes ſodomorū: attendite legē dei nr̄i
κυρίου ἄρχοντες σοδόμων, προσέχετε νόμον θεοῦ ἡμῶν
pplꝰs gomorre. q̄d mihi mltitudo victimaꝝ vr̄aꝝ dicit
λαὸς γομόρρας. τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν λέγει
dn̄s? plenus ſum holocauſtis arietū: et adipē
κύριος; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ
agnorū: et ſanguinē taurorū et hircoꝝ nō volo: ne=
ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐ
q̄ veneritis apparere mihi. q̄s eni quēſiuit hec de
δ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ
manibꝰ vr̄is: calcare atriū meū: nō appone=
τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου, οὐ προσθή=
tis. ſi obtuleritis ſiliginē: vanū: incenſum
σετε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον, θυμίαμα
abominatio mihi eſt. neomenias vr̄as et ſab=
βδέλυγμά μοί ἐστι. τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάβ=
bata et diem magnū nō feram. ieiuniū et o=
βατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέξομαι. νηστείαν καὶ ἀρ
cium et neomenias et feſtiuitates vr̄as odio hz
γίαν καὶ τὰς νουμηνίας καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ
aīa mea: facti eſtis mihi i ſatietatē. nō aplꝰ remit
ἡ ψυχή μου, ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν. οὐκέτι ἀνή=
tam pctā vr̄a. cū extēderitis
σω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. ὅταν ἐκτείνητε

Incipit Eſaias propheta.

VISIO ESAIE filii amos: quam vidit ſuper iudam & hie
ruſalem: in diebus
ozie ioatham: achaz:
& ezechie regum
iuda. Audite celi: & au
ribus percipe terra:
qm̄ dn̄s locutus eſt. Fi=
lios enutriui & exaltaui:
ipſi aūt ſpreuerunt me.
Cognouit bos poſſeſſo
rem ſuū: & aſinꝰ preſepe
dn̄i ſui: iſrael autē me
non cognouit & pplꝰs
meus nō intellexit. Ve
genti peccatrici: poplo
graui iniq̄tate: ſemini
neq̄: filiis ſceleratis.
Dereliquerunt dominū:
blaſphemauerūt ſanctū
iſrael: abalienati ſunt
retrorſuꝫ. Sup quo p=
cutiā vos vltra addētes p̄
uaricationē? Om̄e caput
languidū & oē cor me=
rens. A plāta pedis vſq̄
ad verticē nō eſt in eo ſa
nitas. Vulnꝰ & liuor &
plaga tumēs: nō ē circū
ligata nec curata medi=
camine neq̄ fota oleo.
Terra vr̄a deſerta: ciuita
tes vr̄e ſuccēſe igni: re=
gionē veſtrā corā vobis
alieni deuorāt: & deſola=
bitur ſicut i vaſtitate ho=
ſtili. Et derelinq̄tur filia
ſion vt vmbraculū in vi
nea: & ſicut tuguriū in cu
cumerario: ſicut ciuitas
q̄ vaſtatur. Niſi dn̄s ex=
ercituum reliquiſſet no
bis ſemen: quaſi ſodoma
fuiſſemꝰ & q̄ſi gomorra
ſiles eſſemꝰ. Audite ver
bū dn̄i principes ſodo
morū: pcipite auribꝰ le
gē dei nr̄i pplꝰs gomor
re. Quo mihi multitudi
nē victimarū vr̄arū dicit
dn̄s? Plenꝰ ſum. Holo=
cauſta arietū & adipē pin
guiū & ſanguinē vitulo=
rum & agnorum & hir=
corum nolui. Cum
veneritis ante cōſpectū
meū: quis queſiuit hec
de manibꝰ vr̄is vt ambu
laretis in atriis meis? Ne
offeratis vltra ſacrificiū
fruſtra. Incēſum abomi
natio eſt mihi. Neome=
niā & ſabbatū & feſtiuita
tes alias nō ferā. Iniqui
ſūt cetꝰ vr̄i. Calēdas vr̄as
& ſolēnitates vr̄as odiuit
aīa mea. Facta ſūt mihi
moleſta. Laboraui ſuſti
nens. Et cū extenderitis

Cap. j.

חזון ישעיהו בן אמוץ אשר | חזה יום
חזה על יהודה וירושלם בימי |
עזיהו יותם אחז יחזקיהו מלכי |
יהודה: שמעו שמים והאזיני ארץ | שמע אזן
כי יהוה דבר בנים גדלתי ורוממתי |
והם פשעו בי: ידע שור קנהו |
וחמור אבוס בעליו ישראל | חמר אבס
לא ידע עמי לא התבונן: הוי גוי | בין
חטא עם כבד עון זרע מרעים | רוע
בנים משחיתים עזבו את יהוה | שחת
נאצו את קדוש ישראל נזרו | קדש
אחור: על מה תכו עוד תוסיפו סרה | אחר נכה
כל ראש לחלי וכל לבב דוי: מכף | יסף סור
רגל ועד ראש אין בו מתם פצע | חלה דוה
וחבורה ומכה טריה לא זרו ולא | חבר נכה
חבשו ולא רככה בשמן: ארצכם | טרה זור
שממה עריכם שרפות אש אדמתכם | שרף
לנגדכם זרים אכלים אתה ושממה |
כמהפכת זרים: ונותרה בת ציון | הפך יתר
כסכה בכרם כמלונה במקשה | סכך לון
כעיר נצורה: לולי יהוה צבאות | קשא נצר
הותיר לנו שריד כמעט כסדם | יתר שרד
היינו לעמרה דמינו: שמעו דבר | היה דמה
יהוה קציני סדם האזינו תורת | קצן אזן
אלהינו עם עמרה: למה לי רב | ירה
זבחיכם יאמר יהוה שבעתי עלות | אמר עלה
אילים וחלב מריאים ודם פרים | מרא
וכבשים ועתודים לא חפצתי: כי | עתד
תבאו לראות פני מי בקש זאת | בוא ראה
מידכם רמס חצרי: לא תוסיפו | פנה יסף
הביא מנחת שוא קטרת תועבה | בוא שוא
היא לי חדש ושבת קרא מקרא | תעב
לא אוכל און ועצרה: חדשיכם | קרא
ומועדיכם שנאה נפשי היו עלי | יכל
לטרח נלאיתי נשא: ובפרשכם | יעד היה
| לאה

כַּפֵּיכֶם אַעְלִים עֵינַי מִכֶּם גַּם
כִּי תַרְבּוּ תְפִלָּה אֵינֶנִּי שֹׁמֵעַ
יְדֵיכֶם דָּמִים מָלֵאוּ׃ רַחֲצוּ הִזַּכּוּ
הָסִירוּ רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם מִנֶּגֶד עֵינָי
חִדְלוּ הָרֵעַ׃ לִמְדוּ הֵיטֵב דִּרְשׁוּ
מִשְׁפָּט אַשְּׁרוּ חָמוֹץ שִׁפְטוּ יָתוֹם
רִיבוּ אַלְמָנָה׃ לְכוּ נָא וְנִוָּכְחָה יֹאמַר
יְהוָה אִם יִהְיוּ חֲטָאֵיכֶם כַּשָּׁנִים
כַּשֶּׁלֶג יַלְבִּינוּ אִם יַאְדִּימוּ כַתּוֹלָע
כַּצֶּמֶר יִהְיוּ׃ אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם
טוּב הָאָרֶץ תֹּאכֵלוּ׃ וְאִם תְּמָאֲנוּ
וּמְרִיתֶם חֶרֶב תְּאֻכְּלוּ כִּי פִּי יְהוָה
דִּבֵּר׃ אֵיכָה הָיְתָה לְזוֹנָה קִרְיָה
נֶאֱמָנָה מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט צֶדֶק יָלִין
בָּהּ וְעַתָּה מְרַצְּחִים׃ כַּסְפֵּךְ הָיָה
לְסִיגִים סָבְאֵךְ מָהוּל בַּמָּיִם׃ שָׂרַיִךְ
סוֹרְרִים וְחַבְרֵי גַּנָּבִים כֻּלּוֹ אֹהֵב
שֹׁחַד וְרֹדֵף שַׁלְמֹנִים יָתוֹם לֹא
יִשְׁפֹּטוּ וְרִיב אַלְמָנָה לֹא יָבוֹא
אֲלֵיהֶם׃ לָכֵן נְאֻם הָאָדוֹן יְהוָה
צְבָאוֹת אֲבִיר יִשְׂרָאֵל הוֹי אֶנָּחֵם
מִצָּרַי וְאִנָּקְמָה מֵאוֹיְבָי׃ וְאָשִׁיבָה
יָדִי עָלַיִךְ וְאֶצְרֹף כַּבֹּר סִיגָיִךְ
וְאָסִירָה כָּל בְּדִילָיִךְ׃ וְאָשִׁיבָה
שֹׁפְטַיִךְ כְּבָרִאשֹׁנָה וְיֹעֲצַיִךְ
כְּבַתְּחִלָּה אַחֲרֵי כֵן יִקָּרֵא לָךְ עִיר
הַצֶּדֶק קִרְיָה נֶאֱמָנָה׃ צִיּוֹן בְּמִשְׁפָּט
תִּפָּדֶה וְשָׁבֶיהָ בִּצְדָקָה׃ וְשֶׁבֶר
פֹּשְׁעִים וְחַטָּאִים יַחְדָּו וְעֹזְבֵי יְהוָה
יִכְלוּ׃ כִּי יֵבֹשׁוּ מֵאֵילִים אֲשֶׁר
חֲמַדְתֶּם וְתַחְפְּרוּ מֵהַגַּנּוֹת אֲשֶׁר
בְּחַרְתֶּם׃ כִּי תִהְיוּ כְּאֵלָה נֹבֶלֶת
עָלֶהָ וּכְגַנָּה אֲשֶׁר מַיִם אֵין
לָהּ׃ וְהָיָה הֶחָסֹן לִנְעֹרֶת וּפֹעֲלוֹ
לְנִיצוֹץ וּבָעֲרוּ שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו
וְאֵין מְכַבֶּה׃

עָלַם
רָבָה פָּלַל
זָכָה
סוּר רוּעַ
עָלַל יָטַב
שָׁפַט חָמֵץ
יָתַם רוּב
הָלַךְ יָכַח
אָמַר הָיָה
שָׁנָה לָבַן
אָדַם תָּלַע
הָיָה אָבָה
אָכַל מָאַן
מָרָה פֶּה
הָיָה זָנָה
קָרָה אָמַן
לוּן רָצַח
סִיג מָהַל
שׂוּר
סָרַר
שָׁפַט רוּב
בּוֹא אָדַן
אָבַר נָחַם
צוּר נָקַם
אָיַב שׁוּב
צָרַף סוּר
בָּדַל
חָלַל קָרָא
קָרָה אָמַן
שָׁפַט פָּדָה
שׁוּב
כָּלָה בּוֹשׁ
חָפַר גָּנַן
הָיָה
נוּץ שָׁנָה
כָּבָה

manus vestras: auertam oculos meos a vobis: & cũ multiplicaueritis orationem: non exaudiã. Manꝰ enĩ vr̃e sanguine plene sunt. Lauamini: mũdi estote: auferte malũ cogitationũ vr̃arũ ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciũ. Subuenite oppresso iudicate pupillo: defendite viduã: & venite & arguite me dicit dñs. Si fuerint pctã vr̃a vt coccinũ: q̃si nix dealbabũtur: & si fuerint rubra q̃si vermiculus: velut lana erũt. Si volueritis & audieritis: bona terre comedetis. Quod si nolueritis & me ad iracũdiã puocaueritis: gladiꝰ deuorabit vos: q̃a os dñi locutũ ẽ. Quõ facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicii? Iusticia habitauit in ea: nunc aũt homicide. Argentũ tuũ versum est in scoriam: vinũ tuũ mixtum est aqua. Principes tui infideles: socii furũ. Omnes diligunt munera: sequũtur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa vidue non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus deus exercituũ fortis israel. Heu ego consolabor sup hostibꝰ meis: & vindicabor de inimicis meis. Et cõuertã manũ meã ad te & excoquã ad purũ scoriam tuã: & auferã omne stannum tuũ: & restituã iudices tuos vt fuerũt prius: & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hec vocaberis ciuitas iusti: vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur: & reducẽt eã in iusticia. Et conteret scelestos & peccatores simul & q dereliq̃rũt dñm cõsumentur. Confundẽtur enim ab idolis q̃bus sacrificauerũt. Et erubescetis super hortis quos elegeratis cũ fueritis velut quercus defluentibꝰ foliis: & velut hortus absq; aqua. Et erit fortitudo vr̃a vt fauilla stuppe: & opus vestrum quasi scintilla & accendetur vtrunq; simul & non erit qui extinguat. 2.

manus: auertã oculos meos a vobis.
τὰς χεῖρας, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ᾽ ὑμῶν.
& si multiplicaueritis oratione: nõ exaudiã vos:
καὶ ἐὰν πληθύνετε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν,
nã manus vr̃e sanguine plene. lauamini: mũdi — Infra. 59.a.
αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. λούσασθε, καθα
estote: auferte nequitias ab aĩabus
ροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν
vr̃is: corã oculis meis. cessate a — B
ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. παύσασθε ἀπὸ
nequitiis vr̃is: discite bonũ facere: querite
τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε
iudiciũ: liberate iniuria oppressũ. iudicate pupillo: & iu-
κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον. κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δι
stificate viduã. & venite & disceptemꝰ dicit do
καιώσατε χήραν. καὶ δεῦτε καὶ διελεγχθῶμεν λέγει κύ
minus. & si fuerint peccata vr̃a sicut rubeũ: q̃si
ριος. καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς
niuẽ dealbabo. si ãt fuerit sicut coccinũ: velut lanã deal
χιόνα λευκανῶ. ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευ
babo. & si volueritis & exaudieritis me: bona
κανῶ. καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ
terre comedetis. si ãt nõ volueritis neq; audieritis
τῆς γῆς φάγεσθε. ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ
me: gladius vos deuorabit: nã os dñi lo
μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐ-
cutũ est ista. quomõ facta ẽ meretrix ciuitas fidelis siõ — E
λάλησεν ταῦτα. πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ σιών
plena iudicio? in q̃ iusticia dormiuit in ea: nũc ãt
πλήρης κρίσεως; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ
homicide. argentũ vr̃m reprobũ: caupones tui mi
φονευταί. τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσ
scẽt vinũ aque: pncipes tui nõ obediũt: pticipes
γουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ
furũ: diligẽtes munera: sequentes retributionẽ. pu
κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα. ὀρ
pillis nõ iudicãtes: & iudiciũ viduarũ nõ attendẽtes. ppt hoc
φανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσιν χηρῶν οὐ προσέχοντες. διὰ τοῦ — Hiere. 5.g.
hec dicit dñator dñs sabaoth ve fortes is
το τάδε λέγει ὁ δεσπότης κς σαβαώθ. οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ἰσ
rael nõ cessabit enĩ meꝰ furor ꝯtra aduersarios:
ραήλ, οὐ παύσεται γάρ μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις,
& iudiciũ de inimicis meis faciã: & inducã ma
καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ποιήσω, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖ-
nũ meã in te: & igne examinabo te ad purũ: at inobediẽ
ρά μου ἐπὶ σέ, καὶ πυρώσω σε εἰς καθαρόν, τοὺς δὲ ἀπειθοῦν
tes pdam. & auferã oẽs iniquos a te et oẽs
τας ἀπολέσω. καὶ ἀφελῶ πάντας ἀνόμους ἀπὸ σοῦ καὶ πάν
superbos. & instituã iudices tuos sicut prius
τας ὑπερηφάνους. καὶ ἐπιστήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον
& cõsiliarios tuos sicut abinitio. & post hec — G
καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς. καὶ μετὰ ταῦτα
vocaueris ciuitas iusticie metropolis fidelis siõ. cũ
κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης μητρόπολις πιστὴ σιών. μετὰ
enĩ iudicio saluabiẽ captiuitas eius & cũ ele-
γὰρ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς καὶ μετὰ ἐλεη
mosyna: & cõterentẽ iniqui & peccatores simul
μοσύνης, καὶ συντριβήσονται οἱ ἄνομοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα
& q̃ dereliquerũt dñm cõsumentẽ: quia con- — Ro. 6. d.
καὶ οἱ ἐγκαταλιπόντες τὸν κν συντελεσθήσονται, διότι αἰσχυν
fundentẽ ab idolis suis q̃ ipsi voluerũt: &
θήσονται ἀπὸ τῶν εἰδώλων αὐτῶν ἃ αὐτοὶ ἠβούλοντο, καὶ
erubuerũt in hortis que desiderauerũt. erũt enĩ sicut te
ἐπησχύνθησαν ἐν κήποις ἃ ἐπεθύμησαν. ἔσονται γὰρ ὡς τε
rebinthꝰ q̃ deposuit folia: & sicut hortus
ρέβινθος ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος
aquã nõ hẽns. & erit fortitudo eorũ sicut stipula stuppe:
ὕδωρ μὴ ἔχων. καὶ ἔσται ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ὡς καλάμη στιππύου,
et opa eorũ q̃si scintille ignis. & succẽden
καὶ αἱ ἐργασίαι αὐτῶν ὡς σπινθῆρες πυρός. καὶ κατακαυθή
tur iniqui & peccatores simul: & nõ erit q̃ extiguet
σονται οἱ ἄνομοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων

A Verbū qđ factū est ad esaiā filiū amos de
Ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς ἡσαΐαν υἱὸν ἀμὼς περὶ τῆς
iudea ⁊ de hierl̄m. q2 erit in nouissimis die
ἰουδαίας καὶ περὶ ἱερουσαλήμ. ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέ
Mich. a. b9 manifest9 mons dn̄i. ⁊ dom9 dei in sū=
ραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου. καὶ ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ἐπ᾽ ἄ
mitatib9 mōtiū. ⁊ eleuabit̄ sup colles. ⁊
κρων τῶν ὀρέων. καὶ ὑψωθήσεται ἐπάνω τῶν βουνῶν. καὶ
veniēt ad eū oēs gētes ⁊ ibūt gētes:
ἥξουσιν ἐπ᾽ αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη. καὶ πορεύσονται ἔθνη,
multe ⁊ dicēt: venite ⁊ ascēdam9 ad montē dn̄i:
πολλὰ καὶ ἐροῦσι, δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου,
⁊ ad domū dei iacob. ⁊ annūciabit nobis
καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἰακώβ. καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν
viā suā: ⁊ ābulabimus in ea. ex eñi siō exi
ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. ἐκ γὰρ σιὼν ἐξελεύ
bit lex: ⁊ verbū dn̄i de hierl̄m. ⁊ iudicabit
σεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ ἱερουσαλήμ. καὶ κρινεῖ
inter gētes. ⁊ arguet ppl̄m multū. ⁊ cōtū=
ἀναμέσον τῶν ἐθνῶν. καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν. καὶ συγκό
B dent gladios suos in aratra ⁊ lanceas
ψουσιν τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας
suas in falces. ⁊ nō accipiet gēs cōtra gētē gla
Mich. b. αὐτῶν εἰς δρέπανα. καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαι
diū: ⁊ nō discēt vltra pliari. ⁊ nūc dom9
ραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. καὶ νῦν ὁ οἶκος τοῦ
iacob venite ⁊ ambulem9 in lumine dn̄i. dereliq̄t
ἰακώβ δεῦτε καὶ πορευθῶμεν τῷ φωτὶ κυρίου. ἀνῆκεν
eñi ppl̄m suū domū iacob. quia repleta
γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν οἶκον τοῦ ἰακώβ. ὅτι ἐνεπλή
est vt abinitio regio eoꝝ augurijs: vt
σθη ὡς τὸ ἀπαρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν
alienigenaꝝ: ⁊ filij multi alienigene nati sunt eis.
ἀλλοφύλων, καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγεννήθη αὐτοῖς.
repleta est eñi regio eoꝝ argēto ⁊ auro. ⁊
ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ χώρα αὐτῶν ἀργυρίου καὶ χρυσίου. καὶ
nō fuit nūer9 thesauroꝝ eoꝝ. ⁊ repleta est terra e=
οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν θησαυρῶν αὐτῶν. καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ ἵπ
quis: ⁊ nō fuit nūer9 curruū eoꝝ. ⁊ repleta
πων, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν ἁρμάτων αὐτῶν. καὶ ἐνεπλή=
est terra abominationib9 opeꝝ manuū eoꝝ. ⁊
σθη ἡ γῆ βδελυγμάτων τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν. καὶ
C adorauerūt quos fecerūt digiti eoꝝ. ⁊ icuruauit se
προσεκύνησαν οἷς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν. καὶ ἔκυψεν
homo: ⁊ humiliat9 est vir. ⁊ nō dimittā eos. ⁊
ἄνθρωπος, καὶ ἐταπεινώθη ἀνήρ. καὶ οὐ μὴ ἀνήσω αὐτούς. καὶ
nūc ingredimini in petras ⁊ abscōdimini in terrā:
νῦν εἰσέλθετε εἰς τὰς πέτρας καὶ κρύπτεσθε εἰς τὴν γῆν,
a facie timoris dn̄i: ⁊ a glīa fortitudinis
ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος
ei9: qn̄ surrexerit frāgere terrā. nā oculi dn̄i
αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ κυρίου
sublimes: at homo humilis. ⁊ humiliabit̄ altitudo
ὑψηλοί, ὁ δὲ ἄνθρωπος ταπεινός. καὶ ταπεινωθήσεται τὸ ὕψος
hoīm. ⁊ exaltabit̄ dn̄s sol9 in die illa.
τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὑψωθήσεται κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.
dies eñi dn̄i sabaoth: sup oēm arrogātē ⁊ sup=
ἡμέρα γὰρ κυρίου σαβαώθ, ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν καὶ ὑπε
bum: ⁊ sup oēm excelsu3 ⁊ sublimē. ⁊ hūilia
ρήφανον, καὶ ἐπὶ πάντα ὑψηλὸν καὶ μετέωρον. καὶ ταπει
bunt̄. ⁊ sup oēm cedrū libani excel
νωθήσονται. καὶ ἐπὶ πᾶσαν κέδρον τοῦ λιβάνου τῶν ὑψη
saꝝ ⁊ sublimiū. ⁊ sup oēm arborē glādis basan.
λῶν καὶ μετεώρων. καὶ ἐπὶ πᾶν δένδρον βαλάνου βασάν.
⁊ sup mōtē excelsū: ⁊ sup oēm collē excelsū: ⁊
καὶ ἐπὶ ὄρος ὑψηλόν, καὶ ἐπὶ πάντα βουνὸν ὑψηλόν, καὶ
sup oēm turrim excelsā: ⁊ sup oēm muꝝ excelsū.
ἐπὶ πάντα πύργον ὑψηλόν, καὶ ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑψηλόν.
⁊ sup oē nauigiū maris. ⁊ sup oēm aspectū naui
καὶ ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης. καὶ ἐπὶ πᾶσαν θέαν πλοί
D um pulchritudinis. ⁊ hūiliabit̄ oīs homo
ων κάλλους, καὶ ταπεινωθήσεται πᾶς ἄνθρωπος

Verbum quod vidit esaias filius amos super iudeam & hierusalem. Et erit in nouissimis dieb9 preparatus mons domus dn̄i in vertice montiū: & eleuabitur sup colles. Et fluēt ad eū oēs gentes: & ibunt populi multi & dicent. Venite ascendamus ad montē domini: & ad domum dei iacob & docebit nos vias suas & ambulabim9 in semitis eius: quia de siō exibit lex: & verbum domini de hierusalem. Et iudicabit gentes: & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: & lanceas suas in falces. Non leuabit gēs cōtra gentē gladiū: nec exercebuntur vltra ad preliū. Domus iacob venite & ambulem9 in lumine dn̄i. Proiecisti ei ppl̄m tuū domū iacob: qa repleti sunt vt olim: & augures hūerūt vt philistiim: & pueris alienis adheserūt. Repleta ē terra eius argento & auro: et nō est finis thesaurorū ei9. Et repleta ē terra eius equis & innumerabiles quadrige eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuū suaꝝ adorauerūt: qđ fecerūt digiti eorū. Et incuruauit se homo & hūiliat9 ē vir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petrā & abscōdere in fossa humo a facie timoris dn̄i: & a gloria maiestatis ei9. Oculi sublimis hoīs hūiliati sunt: & incuruabitur altitudo virorū. Exaltabitur aūt dn̄s solus in die illa: quia dies dn̄i exercituum super oēm supbū & excelsum: & sup oēm arrogātem: & humiliabitur: & sup oēs cedros libani sublimes & erectas: & super omnes quercus basan: & super omnes mōtes excelsos: & super omēs colles eleuatos: & super omnem turrem excelsam: & sup oēm murum munitū: & sup omnes naues tharsis: & super omē quod visu pulchrū est. Et icuruabitur oīs sublimitas hoīm:

Cap. ij.

הדבר אשר חזה ישעיהו בן
אמוץ על יהודה וירושלם: והיה
באחרית הימים נכון יהיה הר בית | יום כון
יהוה בראש ההרים ונשא מגבעות | היה
ונהרו אליו כל הגוים: והלכו עמים
רבים ואמרו לכו ונעלה אל הר | רבב הלך
יהוה אל בית אלהי יעקב ויורנו | עלה ירה
מדרכיו ונלכה בארחתיו כי
מציון תצא תורה ודבר יהוה | יצא ירה
מירושלם: ושפט בין הגוים
והוכיח לעמים רבים וכתתו | יכח
חרבותם לאתים וחניתתיהם | את חנה
למזמרות לא ישא גוי אל גוי חרב | זמר נשא
ולא ילמדו עוד מלחמה: בית יעקב | למד לחם
לכו ונלכה באור יהוה: כי נטשתה
עמך בית יעקב כי מלאו מקדם
ועננים כפלשתים ובילדי נכרים | עון
ישפיקו: ותמלא ארצו כסף וזהב | שפק מלא
ואין קצה לאצרתיו ותמלא ארצו
סוסים ואין קצה למרכבתיו: | רכב
ותמלא ארצו אלילים למעשה | עשה
ידיו ישתחוו לאשר עשו אצבעתיו: | שחה עשה
וישח אדם וישפל איש ואל תשא | צבע שחח
להם: בוא בצור והטמן בעפר | שפל נשא
מפני פחד יהוה ומהדר גאונו: עיני | טמן
גבהות אדם שפל ושח רום | פנה נאה
אנשים ונשגב יהוה לבדו ביום | שוח
ההוא: כי יום ליהוה צבאות על | שגב
כל גאה ורם ועל כל נשא ושפל: | רום
ועל כל ארזי הלבנון הרמים
והנשאים ועל כל אלוני הבשן: | אלן
ועל כל ההרים הרמים ועל כל
הגבעות הנשאות: ועל כל מגדל | גדל
גבה ועל כל חומה בצורה: ועל | חמה בצר
כל אניות תרשיש ועל כל שכיות | אנה שכה
החמדה: ושח גבהות האדם

Primitiua.heb.	Tex.heb.Esa.iij.
שָׁגַב	וְשָׁפֵל רוּם אֲנָשִׁים וְנִשְׂגַּב יְהוָה
בָּדַד כָּלַל	לְבַדּוֹ בַּיּוֹם הַהוּא׃ וְהָאֱלִילִים כָּלִיל
חָלַף בּוֹא צוּר חָלַל	יַחֲלֹף׃ וּבָאוּ בִּמְעָרוֹת צֻרִים וּבִמְחִלּוֹת
פָּנָה	עָפָר מִפְּנֵי פַּחַד יְהוָה וּמֵהֲדַר
גָּאָה	גְּאוֹנוֹ בְּקוּמוֹ לַעֲרֹץ הָאָרֶץ׃ בַּיּוֹם
שָׁלַךְ	הַהוּא יַשְׁלִיךְ הָאָדָם אֵת אֱלִילֵי
	כַסְפּוֹ וְאֵת אֱלִילֵי זְהָבוֹ אֲשֶׁר
עָשָׂה שָׁחָה	עָשׂוּ לוֹ לְהִשְׁתַּחֲוֹת לַחְפֹּר פֵּרוֹת
	וְלָעֲטַלֵּפִים׃ לָבוֹא בְּנִקְרוֹת הַצֻּרִים
	וּבִסְעִפֵי הַסְּלָעִים מִפְּנֵי פַּחַד יְהוָה
	וּמֵהֲדַר גְּאוֹנוֹ בְּקוּמוֹ לַעֲרֹץ
	הָאָרֶץ׃ חִדְלוּ לָכֶם מִן הָאָדָם אֲשֶׁר
חָשַׁב	נְשָׁמָה בְּאַפּוֹ כִּי בַמֶּה נֶחְשָׁב הוּא׃
Cap.iij.	כִּי הִנֵּה הָאָדוֹן
סוּר	יְהוָה צְבָאוֹת מֵסִיר מִירוּשָׁלַםִ
שָׁעַן	וּמִיהוּדָה מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה כֹּל
גָּבַר	מִשְׁעַן לֶחֶם וְכֹל מִשְׁעַן מָיִם׃ גִּבּוֹר
לָחַם שָׁפַט קָסַם	וְאִישׁ מִלְחָמָה שׁוֹפֵט וְנָבִיא וְקֹסֵם
נָבָא שׂוּר	וְזָקֵן׃ שַׂר חֲמִשִּׁים וּנְשׂוּא פָנִים
נָשָׂא פָּנָה יָעַץ בִּין	וְיוֹעֵץ וַחֲכַם חֲרָשִׁים וּנְבוֹן לָחַשׁ׃
עָלַל	וְנָתַתִּי נְעָרִים שָׂרֵיהֶם וְתַעֲלוּלִים
מָשַׁל	יִמְשְׁלוּ בָם׃ וְנִגַּשׂ הָעָם אִישׁ בְּאִישׁ
רָהַב	וְאִישׁ בְּרֵעֵהוּ יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן
קָלָה כָּבַד	וְהַנִּקְלֶה בַּנִּכְבָּד׃ כִּי יִתְפֹּשׂ אִישׁ
תָּפַשׂ קָצַן	בְּאָחִיו בֵּית אָבִיו שִׂמְלָה לְכָה קָצִין
הָיָה כָּשַׁל	תִּהְיֶה לָּנוּ וְהַמַּכְשֵׁלָה הַזֹּאת תַּחַת
נָשָׂא	יָדֶךָ׃ יִשָּׂא בַיּוֹם הַהוּא לֵאמֹר לֹא
הָיָה	אֶהְיֶה חֹבֵשׁ וּבְבֵיתִי אֵין לֶחֶם וְאֵין
שׂוּם	שִׂמְלָה לֹא תְשִׂימֻנִי קְצִין עָם׃ כִּי
	כָשְׁלָה יְרוּשָׁלַםִ וִיהוּדָה נָפָל כִּי
לָשׁוֹן עָלַל	לְשׁוֹנָם וּמַעַלְלֵיהֶם אֶל יְהוָה
מָרָה כָּבַד	לַמְרוֹת עֵנֵי כְבוֹדוֹ׃ הַכָּרַת פְּנֵיהֶם
נָכַר פָּנָה	עָנְתָה בָּם וְחַטָּאתָם כִּסְדֹם הִגִּידוּ
עָנָה נָגַד	לֹא כִחֵדוּ אוֹי לְנַפְשָׁם כִּי גָמְלוּ
רָעַע צָדַק	לָהֶם רָעָה׃ אִמְרוּ צַדִּיק כִּי טוֹב
פָּרָה אָכַל	כִּי פְרִי מַעַלְלֵיהֶם יֹאכֵלוּ׃ אוֹי

Trāsla.B.Hie.

et humiliabitur altitudo virorū. et eleuabitur dñs solus in die illa: & idola penitus cōterētur. Et introibūt in spelūcas petrarū & in voragines terre a facie formidinis dñi: & a glīa maiestatis eius: cum surrexerit percutere terrā. In die illa proiiciet homo idola argenti sui & simulachra auri sui que fecerat sibi: vt adoraret talpas & vespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarū & in cauernas saxorū a facie formidinis dñi: & a gloria maiestatis ei⁹ cū surrexerit percutere terrā. Quiescite ergo ab homine cuius spūs in narib⁹ eius ē: qa excelsus reputat⁹ ē ipse.

3.

Ecce enim dñator dñs exercituū auferet ab hierusalem & ab iuda validum & fortem: omne robur panis & omne robur aque: & fortem & virū bellatorē & iudicem & pphetā & ariolū & senē principē sup qnquaginta: & honorabilē vultu: & cōsiliariū: & sapientē de architectis: & prudentē eloquii mystici. Et dabo pueros principes eorū: & effeminati dñabūtur eis. Et corruet pplus vir ad virū: & vnusqsq3 ad pximū suū. Tumultuabitur puer cōtra senē & ignobilis cōtra nobilē. Apprehēdet enī vir fratrē suū domesticū pris sui & dicet. Vestimētū tibi est: priceps esto nr: ruina autē hec sub manu tua. Rñdebit q3 ī die illa dicēs. Nō sū medic⁹: & in domo mea nō est panis neq3 vestimētū. Nolite cōstituere me principē ppli. Ruit enī hierlm & iudas cōcidit: qa lingua eorū & adinuētiones eorū cōtra dñm vt puocarēt oclos maiestatis ei⁹. Agnitio vultus eorū rñdebit eis: & peccatū suū q̄si sodoma pdicauerūt: nec absconderūt. Ve aīe eorū: qm̄ reddita sunt eis mala. Dicito iusto qm̄ bene: quoniā fructū adinuētionū suarū comedet. Ve

Trāſ.Gre.lxx.cū iter.latina.

τ cadet altitudo hoīm. τ exaltabit dom
καὶ πεσεῖται τὸ ὕψος τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὑψωθήσεται κύρ
n⁹ solus in die illa. τ manufacta oīa
ιος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. καὶ τὰ χειροποίητα πάντα
abscōdent inferētes in speluncas τ in
κατακρύψουσιν εἰσενέγκαντες εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς
scissuras petrarū τ in foramina terre: a fa Lu.23
χισμὰς τῶν πετρῶν καὶ εἰς τὰς τρώγλας τῆς γῆς, ἀπὸ προ
cie timoris dñi: τ a glīa fortitudinis e=
σώπου τοῦ φόβου κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐ
ius: cū surrexerit cōfringere terrā. nā die illa eij
τοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκ
ciet homo abominatiōes suas argēteas τ
βαλεῖ ἄνθρωπος τὰ βδελύγματα αὐτοῦ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ
aureas q̄s fecerūt adorare vana τ ves
χρυσᾶ ἃ ἐποίησαν προσκυνεῖν τοῖς ματαίοις καὶ ταῖς νυ
pertiliones. ingredi in foramina durissime petre
κτερίσι. τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὰς τρώγλας τῆς στερεᾶς πέτρας
τ scissuras petrarū a facie timo
καὶ τὰς χισμὰς τῶν πετρῶν ἀπὸ προσώπου τοῦ φό=
ris dñi τ a glīa fortitudinis ei⁹: cū surre
βου κυρίου καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀνα=
xerit cōterere terrā. desinite vobis ab hoīe: cui res
στῇ θραῦσαι τὴν γῆν. παύσασθε ὑμεῖς ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, ὧν ἡ ἀνα
piratio in narib⁹ eius qm̄ in quo reputat⁹ est.
πνοὴ ἐν μυκτῆρι αὐτοῦ ὅτι ἐν τίνι ἐλογίσθη. Ca.3.

Ecce iā dñator dñs sabaoth auferet de
Ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης κύριος σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ
hierusalē τ de iudea validū τ validā.
ἱερουσαλὴμ καὶ ἀπὸ τῆς ἰουδαίας ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν.
robur panis τ robur aque: gigātē τ fortē τ ho
ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχύοντα καὶ ἄν
minē bellatorē τ iudicē τ pphetā: τ cōiecto
θρωπον πολεμιστὴν καὶ δικαστὴν καὶ προφήτην, καὶ στοχα=
rē τ pꝛsbyterū: τ pricipē sup q̄nquagita: τ admirabilē
στὴν καὶ πρεσβύτην, καὶ πεντηκόνταρχον, καὶ θαυμαστὸν
cōsiliariū: τ sapiētē architectū: τ prudentē audito
σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροα=
rē. τ instituā iuuenes pncipes eoꝝ: τ illuso=
τήν. καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαῖ
res dñabunt eis: τ corruet ppl̄s:
κται κατακυριεύσουσιν αὐτῶν. καὶ συμπεσεῖται ὁ λαός,
homo ad hoiēꝫ: τ homo ad pximū
ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον, καὶ ἄνθρωπος πρὸς τὸν πλησίον
suū. offendet puer cōtra senē: igno
αὐτοῦ. προσκόψει τὸ παιδίον πρὸς τὸν πρεσβύτην, ὁ ἄ
bilis cōtra nobilē: qꝛ apprehēdet homo fra=
τιμος πρὸς τὸν ἔντιμον, ὅτι ἐπιλήψεται ἄνθρωπος τοῦ ἀδελ
trē suū: vel domesticū patris sui dicēs: vesti
φοῦ αὐτοῦ, ἢ τοῦ οἰκείου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ λέγων, ἱμά
mētū habes pnceps esto nr: τ cibus me⁹ sub
τιον ἔχεις ἀρχηγὸς γενοῦ ἡμῶν, καὶ τὸ βρῶμα τὸ ἐμὸν ὑπὸ
te sit. τ respōdēs in die illa dicet: nō ero
σὲ ἔστω. καὶ ἀποκριθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐρεῖ, οὐκ ἔσομαί
tu⁹ pnceps: nō enī in domo mea est panis neq3 vestimētū:
σου ἀρχηγός, οὐ γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ μου ἔστιν ἄρτος οὐδὲ ἱμάτιον,
nō ero pnceps populi hui⁹: qꝛ corruit hierusa
οὐκ ἔσομαι ἀρχηγὸς τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι ἀνεῖται ἱερουσα
lē: τ iudea cōcidit: τ lingue eoꝝ cū
λήμ, καὶ ἰουδαία συμπέπτωκε, καὶ αἱ γλῶσσαι αὐτῶν με
iniquitate q̄ erga dñm nō credentes. quare nūc humilia
τὰ ἀνομίας τὰ πρὸς κύριον ἀπειθοῦντες. διότι νῦν ἐταπει
ta est gloria eoꝝ: τ cōfusio vult⁹ eoꝝ restitit
νώθη ἡ δόξα αὐτῶν, καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου αὐτῶν ἀντέστη
eis. at peccatū suū quasi sodomoꝝ ānūciauerūt
αὐτοῖς. τὴν δὲ ἁμαρτίαν αὐτῶν ὡς σοδόμων ἀνήγγειλαν
τ manifestauerūt. ve anime eoꝝ: qm̄ cōsuluerūt cōsi
καὶ ἐνεφάνισαν. οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι βεβούλευνται βου
liū malū cōtra se dicētes: alligem⁹ iustū: qm̄
λὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν εἰπόντες, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι
inutilis nobis ē. igit fruct⁹ opeꝝ suoꝝ co
δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. τοίνυν τὰ γενήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φά

medēt. ve iniquo mala ſcđm opera manuū eiꝰ
γονται. οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ, πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ
accidēt ei. ppl'ſ meꝰ: exactores veſtri ꝺeuorant
συμβήσεται αὐτῷ. λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καταμῶν=
vos: ⁊ exactores ꝺn̄antur vr̄i. ppl'ſ meꝰ:
ται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύουσιν ὑμῶν. λαός μου,
Luce. 2.d. beatificātes vos ꝺecipiunt vos. ⁊ ſemitas
οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς. καὶ τὰς τρίβους
pedū vr̄oꝝ conturbant. ſed nūc cōſtituetur
τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράσσουσιν. ἀλλὰ νῦν καταστήσεται
ad iudiciū ꝺn̄ꝰ. ⁊ ſtatuet ad iudiciū pplm̄ ſuū. ipſe ꝺn̄s ad
εἰς κρίσιν κ̄ς. καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ. αὐτὸς κ̄ς εἰς
iudiciū veniet cū ſenioribus ppl'i ⁊ cū pri
κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ καὶ μετὰ τῶν ἀρ
cipibus ſuis. vos āt qđ incēdiſtis vineā meā: ⁊
χόντων αὐτοῦ. ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ
rapina pauperis ī ꝺomibꝰ vr̄is: qđ vos iīuria afficitis
ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε
pplm̄ meū: ⁊ faciem mēdicoꝝ cōfunditis:
τὸν λαόν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν πτωχῶν καταισχύνετε;
ꝺicit ꝺn̄ator ꝺn̄s exercituū. hec ꝺicit ꝺn̄s: ꝓ eo qđ exaltate ſūt
φησὶν κύριος κ̄ς στρατιῶν. τάδε λέγει κ̄ς, ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν
filie ſion ⁊ ambulauerūt excelſo collo ⁊ in
αἱ θυγατέρες σιὼν καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ καὶ ἐν
nutibꝰ oculoꝝ ⁊ itinere pedū ſimł trahē=
νεύμασιν ὀφθαλμῶν καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμα σύρου
tes tunicas ⁊ pedibꝰ ſimł ludentes. ⁊ hu
σαι τοὺς χιτῶνας καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι. καὶ τα
miliabit ꝺn̄s ꝺn̄atrices filias ſion. ⁊ ꝺn̄s nudabit
πεινώσει κ̄ς ἀρχούσας θυγατέρας σιών. καὶ κ̄ς ἀνακαλύψει
turpitudinē ipaꝝ in ꝺie illa: ⁊ auferet ꝺn̄s
τὸ αἰσχύνωμα αὐτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἀφελεῖ κ̄ς τὴν
gloriā veſtimēti earū. ⁊ tunicas ſtoriatas: ⁊ tor=
δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν. καὶ τοὺς κοσύμβους, καὶ τοὺς μη
ques: ⁊ bullam: ⁊ ornatū faciei earum.
νίσκους, καὶ τὸ κάθεμα, καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν.
⁊ cōpoſitionē ornatus glie. ⁊ olfactoriola ⁊
καὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ κόσμου τῆς δόξης. καὶ τοὺς χλιδῶνας καὶ
armillas ⁊ ꝺiſcriminalia ⁊ ānulos ⁊ ꝺextra
τὰ ψέλια καὶ τὰ ἐμπλόκια καὶ τοὺς δακτυλίους καὶ τὰ περιδέ
lia ⁊ inaures: ⁊ circūpurpurea ⁊ clauatā purpurā:
ξια καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ τὰ περιπόρφυρα καὶ τὰ μεσοπόρφυρα,
⁊ veſtimenta per ꝺomū: ⁊ ꝑſpicua laconica: ⁊
καὶ τὰ ἐπιβλήματα κατὰ τὴν οἰκίαν, καὶ διαφανῆ λακωνικά, καὶ τὰ
byſſina ⁊ hyacīthina ⁊ coccinea: ⁊ byſſum cū auro ⁊
βύσσινα καὶ τὰ ὑακίνθινα καὶ κόκκινα, καὶ τὴν βύσσον σὺν χρυσίῳ καὶ
hyacintho contextam: ⁊ palliola clauſa. ⁊ erit ꝓ
ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένην, καὶ θέριστρα κατάκλειστα. καὶ ἔσται ἀντὶ
odore ſuaui puluis: ⁊ ꝓ zona: funiculo cīgeris: ⁊ ꝓ ornatu
ὀσμῆς ἡδείας κονιορτός, καὶ ἀντὶ ζώνης, σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου
capitis aureo: caluiciū hēbis ꝓpť opera tua. ⁊ ꝓ
τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου, φαλάκρωμα ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου. καὶ ἀντὶ
tunica clauate purpure: ꝑcingeris cilicio. ⁊ filius tuꝰ pul=
τοῦ χιτῶνος τοῦ μεσοπορφύρου, περιζώσῃ σάκκον. καὶ ὁ υἱός σου ὁ καλ
cherrimꝰ quē ꝺiligis: gladio cadet. ⁊ fortes vr̄i gladio
λιστος ὃν ἀγαπᾷς, μαχαίρᾳ πεσεῖται. καὶ οἱ ἰσχυροὶ ὑμῶν μαχαίρᾳ
cadent. ⁊ humiliabuntur. ⁊ lugebūt thece ornatus
πεσοῦνται. καὶ ταπεινωθήσονται. καὶ πενθήσουσιν αἱ θῆκαι τοῦ κόσμου
veſtri. ⁊ ꝺerelinqueris ſola ⁊ ad terrā ꝓſterneris.
ὑμῶν. καὶ καταλειφθήσῃ μόνη καὶ εἰς τὴν γῆν ἐδαφισθήσῃ. Ca. 4.
ET apprehēdēt ſeptē mulieres hoīem vnū. in illa die
Καὶ ἐπιλήψονται ἑπτὰ γυναῖκες ἀνθρώπου ἑνός. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέ
ꝺicentes: panē nr̄m comedemꝰ ⁊ veſtimēta nr̄a induc
ρᾳ λέγουσαι, τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβα
mur: verūtn̄ nomē tuū vocetur ſup nos. aufer oppro
λούμεθα, πλὴν τὸ ὄνομά σου κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς. ἄφελε τὸν ὀνει
briū nr̄m. in ꝺie illa illucebit ꝺeꝰ in cōſilio cū
δισμὸν ἡμῶν. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ θεὸς ἐν βουλῇ με
gloria ſup terrā vt exaltet ⁊ glorificet qđ reliquum
τὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφ=
eſt iſrael. ⁊ erit quod relictū eſt
θὲν τοῦ ἰσραήλ. καὶ ἔσται τὸ ὑπολειφθὲν

impio in malū. Retribu
tio eni manuū eius fiet
ei. Populū meū exacto
res sui ſpoliauerūt: & mu
lieres dn̄ate ſunt eis. Po
pule meꝰ q te btm̄ dicunt
ipſi te decipiūt: & viam
greſſuū tuoꝝ diſſipant.
Stat ad iudicādū dn̄s: &
ſtat ad iudicādos ppl'os.
Dn̄s ad iudicium veniet
cum ſenibus ppl'i ſui &
principibꝰ eius. Vos enī
depaſti eſtis vineā: & ra
pina pauperis in domo
vr̄a. Quare atteritis po
pulū meū & facies pau=
peꝝ cōmolitis: dicit dn̄s
exercituū. Et dixit dn̄s
deus. Pro eo ꝙ eleuate
ſunt filie ſion & ambula
uerūt extēto collo: & nu
tibus oculorū ibant: &
plaudebāt & ambulabāt
& pedibus ſuis cōpoſito
gradu īcedebāt: decalca
bit dn̄s verticē filiarum
ſion: & dn̄s crinē earū
nudabit. In die illa au=
feret dominus
ornamentū calciamen
torum & lunulas
& torques & monilia &
armillas
& mitras & diſcriminalia
& periſcelides
& murenulas & olfacto
riola & inaures &
ānulos & gēmas in frō
te pendētes & mutatoria
& palliola & linteami=
na & acus
& ſpecula & ſyndones &
vittas
et theriſtra. Et erit pro
ſuaui odore fetor
& pro zona funiculus
& pro
criſpanti crine caluiciū
& pro faſcia pectorali
cilicium. Pulcherrimi
quoqꝫ viri tui
λός σου, καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς ἑκατὸν ὀγ
gintaquinq₃ milia. ſic cōtere
Dat. g. δοηκονταπέντε χιλιάδας. οὕτω σύντριψον
exercitū hūc corā nobis
τὴν παρεμβολὴν ταύτην ἐνώπιον ἡμῶν
hodie. ⁊ cognoſcāt reliqui: q̄
σήμερον. καὶ γνώτωσαν οἱ ἐπίλοιποι, ὅτι
male locuti ſunt cōtra ſancta tua. ⁊
κακῶς ἐλάλησαν ἐπὶ τὰ ἅγιά σου. καὶ
iudica eū ſcḋm nequitiā ei⁹. ⁊
κρῖνον αὐτὸν κατὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ. καὶ
cōuenerūt exercit⁹ in preliū
συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ εἰς πόλεμον τῇ
tertiadecima mēſis adar. ⁊ cōtri=
τρισκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἄδαρ. καὶ συνε
ta ſunt caſtra nicanoris: ⁊ cecidit
τρίβη ἡ παρεμβολὴ νικάνορος, καὶ ἔπεσεν
ipſe prim⁹ in prelio. vt āt vidit
αὐτὸς πρῶτος ἐν τῷ πολέμῳ. ὡς δὲ εἶδεν
exercit⁹ ei⁹ q̄ mortu⁹ eſt nicanor:
ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ὅτι τέθνηκε νικάνωρ,
proiĳciētes arma ſua fugerūt. ⁊ pſe
ῥίψαντες τὰ ὅπλα αὐτῶν ἔφυγον. καὶ κα
cuti ſunt eos via diei vni⁹ de
τεδίωκον αὐτοὺς ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἀπὸ
adaſa vſq₃quo veniat ad gazera. ⁊ ceci=
ἀδασᾶ ἕως τοῦ ἐλθεῖν εἰς γάζηρα. καὶ ἐσάλ
nerūt poſt eos tubis
πισαν ὀπίσω αὐτῶν ταῖς σάλπιγξι τῶν

eos et polluit:& locutus eſt ſuperbe & iurauit cū ira dicens. Niſi traditus fuerit iudas & exercitus ei⁹ in man⁹ meas: continuo cum regreſſus fuero in pace ſuccendam domum iſtā. Et exiit cum ira magna. Et intrauerunt ſacerdotes & ſteterunt ante faciem altaris templi: & flentes dixerunt. Tu domine elegiſti domum iſtam ad inuocandum nomen tuum in ea:vt eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo. Fac vindictam in homine iſto:& exercitu eius & cadāt in gladio. Memēto blaſphemias eorum:et ne dederis eis vt permaneāt. Et exiit nicanor ab hieruſaleʒ & caſtra applicuit ad bethoron: & occurrit illi exercit⁹ ſyrie. Et iudas applicuit in adarſa cum tribus milib⁹ viris. Et orauit iudas et dixit. Qui miſſi erant a rege ſſennacherib: domine qa blaſphemauerūt te:exiit angelus & percuſſit ex eis centumoctogintaquinq₃milia:ſic contere exercitum iſtū in conſpectu noſtro hodie:& ſciant ceteri quia male locut⁹ eſt ſuper ſancta tua:& iudica illum ſecundum maliciaʒ illius. Et cōmiſerūt exercitus prelium tertiadecima die menſis adar:& contrita ſunt caſtra nicanoris: et cecidit ipſe primus in prelio. Vt autē vidit exercitus eius quia cecidiſſet nicanor:proiecerūt arma ſua et fugerūt: & perſecuti ſunt eos viaʒ vnius diei ad adazer vſq₃quo veniatur in gazara: & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignificationibus. Et exierunt de omnibus caſtellis iudee in circuitu: & ventilabāt eos cornibus & conuertebantur iteruʒ ad eos. Et ceciderunt omnes gladio: & non eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt ſpolia eorum in predam. Et caput Nicanoris amputauerunt:et dexteram eius quam extenderat ſuperbe: & attulerunt et ſuſpenderunt cōtra hieruſalem. Et letatus eſt populus valde & egerunt diem illaʒ in leticia magna. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtā tertiadecima die menſis adar. Et ſiluit terra iuda dies paucos.

Capitulum octauum.

ET audiuit iudas nomen romanorum quia ſunt potentes viribus & acquieſcunt ad omnia que poſtulantur ab eis:et quicunq₃ acceſſerūt ad eos ſtatuerunt cum eis amicitias:& quia ſunt potentes viribus:et audierūt prelia eorum et virtutes bonas quas fecerūt in galatia: quia obtinuerunt eos et duxerunt ſub tributum: & q̄ta fecerunt in regione hiſpanie:et q̄ in poteſtatem redegerunt metalla argenti et auri q̄ illic ſunt:et poſſederunt omnem locum cōſilio ſuo & patientia: locaq₃ que longe erant valde ab eis:& reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terre contriuerunt: & percuſſerūt eos plaga magna. Ceteri autem dant eis tributum omnibus annis:& philippum perſen ceteorum regem & ceteros qui aduerſus eos arma tulerant contriuerunt in bello:

ſignoꝝ. ⁊ exierūt de oīb⁹ vi=
σημασιῶν. καὶ ἐξῆλθον ἐκ πασῶν τῶν κω
cis iudee in circuitu: ⁊ pſequebant̄
μῶν τῆς ἰουδαίας κυκλόθεν, καὶ ὑπερεκέρων
eos: ⁊ cōuertebant̄ hi ad eos:
αὐτούς, καὶ ἀνέστρεφον οὗτοι πρὸς τούτους,
⁊ ceciderūt oēs gladio ⁊ nō reli
καὶ ἔπεσον πάντες ῥομφαίᾳ καὶ οὐ κα=
ct⁹ eſt ex illis ullus. ⁊ acceperūt
τελείφθη ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς. καὶ ἔλαβον τὰ
ſpolia ⁊ predā: ⁊ caput
σκῦλα καὶ τὴν προνομήν, καὶ τὴν κεφαλὴν
nicanoris āputauerūt ⁊ dextrā ei⁹ quā
νικάνορος ἀφεῖλον καὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ ἣν
extēdit ſuperbe. ⁊ tulerūt: ⁊
ἐξέτεινεν ὑπερηφάνως. καὶ ἤνεγκαν, καὶ
ſuſpenderūt cōtra hierl̄m. ⁊ leta
ἐξέτειναν παρὰ τὴν ἱερουσαλήμ. καὶ εὐ=
t⁹ eſt ppl̄s valde: ⁊ egerūt di=
φράνθη ὁ λαὸς σφόδρα, καὶ ἤγαγον τὴν ἡμέ
em illū diē letitie magne.
ραν ἐκείνην ἡμέραν εὐφροσύνης μεγάλης.
⁊ ſtatuerūt vt agerēt ſingulis ānis di=
καὶ ἔστησαν τοῦ ἄγειν κατ' ἐνιαυτὸν τὴν ἡμέ
em hāc tertiadecima adar.
ραν ταύτην τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ ἄδαρ.
⁊ ſiluit terra iuda dies pau
καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἰούδα ἡμέρας ὀλί=
cos.
γας.

Ca.8.

ET audiuit iudas nomē ro=
ΚΑὶ ἤκουσεν ἰούδας τὸ ὄνομα τῶν ῥω
manoꝝ q̄ ſunt potētes fortitudīe: ⁊ ipi ac=
μαίων ὅτι εἰσὶ δυνατοὶ ἰσχύϊ, καὶ αὐτοὶ εὐ
quieſcūt in oīb⁹ ꝓpoſitis ſi=
δοκοῦσιν ἐν πᾶσι τοῖς προτιθεμένοις αὐ=
bi: ⁊ q̄cunq₃ acceſſerit ad eos ſta=
τοῖς, καὶ ὅσοι ἂν προσέλθωσιν αὐτοῖς ἱστῶ
tuūt cū eis amicitiā: ⁊ q̄ ſunt potētes
σιν αὐτοῖς φιλίαν, καὶ ὅτι εἰσὶ δυνατοὶ
virib⁹. ⁊ narrauerūt ei ꝑlia
ἰσχύϊ. καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τοὺς πολέμους
illoꝝ ⁊ virtutes bonas q̄s faciūt
αὐτῶν καὶ τὰς ἀνδραγαθίας ἃς ποιοῦσιν
in galatia: ⁊ q̄ obtinuerūt
ἐν τοῖς γαλάταις, καὶ ὅτι κατεκράτησαν
eos: ⁊ duxerūt eos ſub tributū: ⁊
αὐτῶν, καὶ ἤγαγον αὐτοὺς ὑπὸ φόρον, καὶ
q̄ fecerūt in ꝓuincia hiſpanie: vt
ὅσα ἐποίησαν ἐν χώρᾳ ἱσπανίας, τοῦ κατα
obtinerēt metalla argēti ⁊
κρατῆσαι τῶν μετάλλων τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ
auri q̄ illic. ⁊ obtinuerūt locū
χρυσίου τοῦ ἐκεῖ. καὶ κατεκράτησαν τοῦ τόπου
oēm cōſilio ſuo ⁊ patiētia.
παντὸς τῇ βουλῇ αὐτῶν καὶ τῇ μακροθυμίᾳ.
⁊ loc⁹ erat lōge diſtās ab illis
καὶ ὁ τόπος ἦν μακρὰν ἀπέχων ἀπ' αὐτῶν
valde ⁊ a regib⁹ q̄ venerāt
σφόδρα καὶ τῶν βασιλέων τῶν ἐπελθόντων
cōtra eos ab extremo terre q̄ad cōtriue
ἐπ' αὐτοὺς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἕως συνέτρι
rūt eos. ⁊ pcuſſerūt in eis plagā
ψαν αὐτούς. καὶ ἐπάταξαν ἐν αὐτοῖς πληγὴν
magnā. ⁊ reliqui dāt eis
μεγάλην. καὶ οἱ ἐπίλοιποι διδόασιν αὐτοῖς
tributū q̄libet anno: ⁊ philippū ⁊
φόρον κατ' ἐνιαυτόν, καὶ τὸν φίλιππον καὶ
perſea cetcoꝝ regē ⁊ eos q̄ in
τὸν περσέα κιτιέων βασιλέα καὶ τοὺς ἐπηρ
ſurrexerūt cōtra eos cōtriuerūt eos bello:
μένους ἐπ' αὐτοὺς συνέτριψαν αὐτοὺς πολέμῳ,

τ obtinuerũt eos: τ antiochũ
καὶ κατεκράτησαν αὐτῶν, καὶ ἀντίοχον τὸν
magnũ regẽ asie q̃ iuit
μέγαν βασιλέα τῆς ἀσίας τὸν πορευθέν=
cõtra eos in pugnã habẽs centũ
τα ἐπ᾽ αὐτοὺς εἰς πόλεμον ἔχοντα ἑκατὸν
viginti elephãtes τ eq̃tatũ τ currus
εἴκοσι ἐλέφαντας καὶ ἵππον καὶ ἅρματα
τ exercitũ multũ valde. τ cõtritus
καὶ δύναμιν πολλὴν σφόδρα. καὶ συνετρί
est ab eis: τ acceperũt eũ viuũ. τ
βη ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ ἔλαβον αὐτὸν ζῶντα. καὶ
statuerũt eis dare eũ τ
ἔστησαν αὐτοῖς διδόναι αὐτόν τε καὶ τοὺς
q̃ regnarẽt post eũ tributũ magnũ: da=
βασιλεύοντας μετ᾽ αὐτὸν φόρον μέγαν, δι=
re obsides τ distinctionẽ τ regionẽ
δόναι ὅμηρα καὶ διαστολὴν καὶ χώραν τὴν
indicã τ mediã τ lydiã: τ de
ἰνδικὴν καὶ μηδείαν καὶ λυδίαν, καὶ ἀπὸ
optimis regionib⁹ eoꝝ. τ accipien
τῶν καλλίστων χωρῶν αὐτῶν. καὶ λαβόν=
tes illas ab eo dederũt eas eume
τες αὐτὰς παρ᾽ αὐτοῦ ἔδωκαν αὐτὰς εὐμέ
ni regi. τ q̱ q̃ ex hella
νει τῷ βασιλεῖ. καὶ ὅτι οἱ ἐκ τῆς ἑλλά=
de decreuerũt ire τ tollere eos
δος ἐβουλεύσαντο ἐλθεῖν καὶ ἐξᾶραι αὐτούς.
τ innotuit ſmo eis: τ miserũt
καὶ ἐγνώσθη ὁ λόγος αὐτοῖς, καὶ ἀπέστειλαν
cõtra illos ducẽ vnũ: τ pugnauerũt
ἐπ᾽ αὐτοὺς στρατηγὸν ἕνα, καὶ ἐπολέμησαν
cõtra eos. τ ceciderũt de eis vulne=
πρὸς αὐτούς. καὶ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν τραυ=
rati multi. τ captiuauerũt mul=
ματίαι πολλοί. καὶ ᾐχμαλώτευσαν πολ
tos mulieres eoꝝ τ filios
λοὺς τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα
eoꝝ: τ diripuerũt eos τ obti=
αὐτῶν, καὶ προενόμευσαν αὐτοὺς καὶ κατε
nuerũt terrã eoꝝ: τ destruxerũt
κράτησαν τῆς γῆς αὐτῶν, καὶ καθεῖλον τὰ
arces eoꝝ: τ diripuerũt e=
ὀχυρώματα αὐτῶν, καὶ προενόμευσαν αὐ=
os: τ seruos fecerũt eos vsq̱ in
τούς, καὶ κατεδουλώσαντο αὐτοὺς ἕως τῆς
diẽ hãc. τ reliqua re=
ἡμέρας ταύτης. καὶ τὰς ἐπιλοίπους βα=
gna: τ insulas q̃ vnq̃ restite=
σιλέας, καὶ τὰς νήσους ὅσοι ποτὲ ἀντέστη
rãt eis: destruxerũt τ i ſuitutẽ redegerũt
σαν αὐτοῖς, κατέφθειραν καὶ ἐδούλωσαν
eos. cũ ãt amicis suis τ q̃
αὐτούς. μετὰ δὲ τῶν φίλων αὐτῶν καὶ τῶν
acq̃escebãt eis cõseruauerũt e=
ἐπαναπαυομένων αὐτοῖς συνετήρησαν αὐ
is amicitiã: τ obtinuerũt re=
τοῖς φιλίαν, καὶ κατεκράτησαν τῶν βασι=
gna q̃ prope τ q̃ lõge. τ q̃cũq̱
λειῶν τῶν ἐγγὺς καὶ τῶν μακράν. καὶ ὅσοι
audierunt nomẽ eoꝝ timebãt ab
ἤκουσαν τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐφοβοῦντο ἀπ᾽ αὐ=
eis. q̃s ãt velint adiuuare τ vt re
τῶν. ὅσοις δ᾽ ἂν βούλωνται βοηθεῖν καὶ βα
gnẽt regnãt. q̃s ãt velit
σιλεύειν βασιλεύουσιν. οὓς δ᾽ ἂν βούλων
deturbãt. τ exaltati sunt valde. τ
ται, μεθιστῶσι. καὶ ὑψώθησαν σφόδρα. καὶ
in oib⁹ his nõ imposuit sibi vll⁹ eoꝝ
ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἐπέθετο οὐδεὶς αὐτῶν
diadema: τ nõ vestierũt purpurã:
διάδημα, καὶ οὐ περιεβάλοντο πορφύραν,

et obtinuerunt eos: et antiochũ ma=
gnum regem asie qui eis pugnam in
tulerat habens centũviginti elephan
tes et equitatum: et currus et exerci=
tum magnum valde contritũ ab eis:
& quia ceperunt eũ viuum & statue=
runt ei vt daret ipse & qui regnarent
post ipsum tributum magnum & da
ret obsides et constitutum: et regio=
nem indorũ & medos et lydos de op
timis regionibus eorum: & acceptas
eas ab eis dederunt eumeni regi et
quia q erant apud helladam voluerũt
ire & tollere eos: & innotuit sermo
his et miserunt ad eos ducem vnum:
et pugnauerunt contra illos: & cecide
runt ex eis multi et captiuas duxerũt
vxores eorum & filios & diripuerũt
eos & terram eorum possederunt: &
destruxeruut muros eorum: & in ser=
uitutem illos redegerunt vsq̱ in hũc
diem: & residua regna et insulas que
aliquando restiterant illis extermina
uerunt & in potestatem redegerunt
Cum amicis autem suis & qui in ip̃is
requiem habebant conseruauerunt
amicitiam: & obtinuerunt regna que
erant proxima & que erant longe: qa
quicunq̱ audiebant nomen eorum
timebant eos. Quibus vero vellent
auxilio esse vt regnarent: regnabãt.
Quos autem vellent: regno deturba
bant: & exaltati sunt valde. Et in oĩ=
bus istis nemo portabat diadema:
nec induebatur purpura vt magnifi
caretur in ea. Et quia curiam fecerũt
sibi: & cotidie consulebant trecen=
tos viginti consiliũ agentes sẽper de
multitudine vt que digna sunt gerãt.
Et cõmittunt vni homini magistra=
tum suum per singulos annos domi
nari vniuerse terre sue: & omnes obe
diunt vni: & non est inuidia neq̱ zel⁹
inter eos: & elegit iudas eupolemum
filium iohãnis filii iacob: & iasonẽ fi=
liũ eleazari: & misit eos romam con=
stituere cum illis amicitiam & societa
tẽ & vt auferrent ab eis iugum greco
rum: quia viderunt q̱ in seruitutem
premerent regnum israel. Et abierũt
romam viam multam valde: & intro
ierunt curiam & dixerunt. Iudas ma=
chabeus & fratres eius: & populus iu
deorum miserunt nos ad vos statue=
re vobiscum societatem & pacem: &
conscribere nos socios & amicos ve=
stros: & placuit sermo in conspectu
eorum: & hoc rescriptuꝫ est quod re
scripserunt in tabulis ereis: & miserũt
in hierusaleꝫ vt esset apud eos ibi me
moriale pacis et societatis. Bene sit
romanis & genti iudeorum in mari
& in terra in eternum gladiusq̱ & ho
stis procul sit ab eis. Quod si instete
rit bellum romanis prius aut omni=
bus sociis eorum in omni dominatio
ne eorum: auxilium feret gens iudeo
rum prout tempus dictauerit corde
pleno: & preliantibus nõ dabũt neq̱

vt magnificarenꝰ in ea. et curiã
ὥστε ἀνδρυνθῆναι ἐν αὐτῇ. καὶ βουλευτή
fecerũt sibi: τ cotidie cõsu=
ριον ἐποίησαν ἑαυτοῖς, καὶ καθ᾽ ἡμέραν ἐβου
lebãt trecẽti τ viginti cõsultan=
λεύοντο τριακόσιοι καὶ εἴκοσι βουλευό=
tes semper de multitudine: vt
μενοι διαπαντὸς περὶ τοῦ πλήθους, τοῦ
gubernẽt eos. τ credũt vni ho= B
εὐκοσμεῖν αὐτούς. καὶ πιστεύουσιν ἑνὶ ἀν=
mini: vt iperet eis p singulos ãnos: τ do
θρώπῳ, ἄρχειν αὐτῶν κατ᾽ ἐνιαυτόν, καὶ κυ
mineꝰ toti⁹ terre eoꝝ. τ oẽs
ριεύειν πάσης τῆς γῆς αὐτῶν. καὶ πάντες
audiũt vnũ. τ nõ est inuidia neq̱
ἀκούουσι τοῦ ἑνός. καὶ οὐκ ἔστι φθόνος οὐδὲ
zel⁹ in illis. τ elegit iudas
ζῆλος ἐν αὐτοῖς. καὶ ἐπέλεξεν ἰούδας τὸν
eupolemũ filiũ ioannis filij accos τ ia
εὐπόλεμον υἱὸν ἰωάννου τοῦ ἀκκὼς καὶ ἰά
sonẽ filiũ eleazari: τ misit eos
σωνα υἱὸν ἐλεαζάρου, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς
ad romã ad cõstituẽdũ cũ illis amicitiã τ socie=
εἰς ῥώμην στῆσαι αὐτοῖς φιλίαν καὶ συμ=
tatẽ: τ vt auferrẽt iugũ ab eis.
μαχίαν, καὶ τοῦ ἆραι τὸν ζυγὸν ἀπ᾽ αὐτῶν.
qm̃ viderũt regnũ grecoꝝ in
ὅτι εἶδον τὴν βασιλείαν τῶν ἑλλήνων κα
ſuitutẽ redigẽtes israel ſuitio. τ
ταδουλωμένους τὸν ἰσραὴλ δουλείαν. καὶ
abierũt ad romã. τ via multa
ἐπορεύθησαν εἰς ῥώμην. καὶ ἡ ὁδὸς πολλὴ
valde. τ intrauerũt in senatũ: C
σφόδρα. καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον,
τ respõderunt τ dixerũt. iudas mac
καὶ ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον. ἰούδας ὁ μακ
cabe⁹ τ fratres ei⁹ τ multitudo
καβαῖος καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ τὸ πλῆθος
iudeoꝝ miserunt nos ad vos.
τῶν ἰουδαίων ἀπέστειλαν ἡμᾶς πρὸς ὑμᾶς.
ad statuẽdũ vobiscũ societatẽ τ pacẽ
στῆσαι μεθ᾽ ὑμῶν συμμαχίαν καὶ εἰρήνην
τ ad cõscribẽdũ nos socios τ ami
καὶ γραφῆναι ἡμᾶς συμμάχους καὶ φί=
cos vr̃os. τ placuit ſmo corã e=
λους ὑμῶν. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον αὐ
is: τ hoc rescriptũ epistole
τῶν, καὶ τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς
quã rescripsit in tabulis ereis. τ
ἧς ἀντέγραψεν ἐπὶ δέλτοις χαλκαῖς. καὶ
misit in hierusalẽ vt esset apud
ἀπέστειλεν εἰς ἱερουσαλὴμ εἶναι παρ᾽ αὐ
eos illic memoriale pacis τ societa
τοῖς ἐκεῖ μνημόσυνον εἰρήνης καὶ συμμα=
tis. bene sit romanis τ gẽti
χίας. καλῶς γένοιτο ῥωμαίοις καὶ τῷ ἔθνει
iudeoꝝ in mari τ in terra
ἰουδαίων ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς
in seculũ. τ gladi⁹ τ hostis pro
εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ῥομφαία καὶ ἐχθρὸς μα
cul sit ab eis. si ãt institerit bellũ
κρυνθείη ἀπ᾽ αὐτῶν. ἐὰν δὲ ἐνστῇ πόλεμος
in roma priori vel oib⁹ socijs
ἐν ῥώμῃ προτέρᾳ ἢ πᾶσι τοῖς συμμάχοις
eoꝝ in oi ditione eoꝝ: auxiliũ feret D
αὐτῶν ἐν πάσῃ κυρίᾳ αὐτῶν, συμμαχήσει
gẽs iudeoꝝ: vt tp̃s dicta
τὸ ἔθνος τῶν ἰουδαίων, ὡς ἂν ὁ καιρὸς ὑπο
uerit eis corde pleno. τ
γραφῇ αὐτοῖς καρδίᾳ πλήρει. καὶ τοῖς
preliãtib⁹ nõ dabũt: neq̱
πολεμοῦσιν οὐ δώσουσι, οὐδὲ

ſubminiſtrabūt triticū arma argētum naues
ἐπαρκέσουσι σῖτον ὅπλα ἀργύριον πλοῖα
vt viſum ē romanis. ⁊ cuſtodiēt man
ὡς ἔδοξε ῥωμαίοις. καὶ φυλάξονται τὰ φυ-
data eoꝝ nihil accipiētes. ſm
λάγματα αὐτῶν οὐθὲν λαβόντες. κατὰ τὰ
eadē āt. ſi gēti iudeoꝝ contigerit pri-
αὐτὰ δὲ ἐὰν ἔθνει ἰουδαίων συμβῇ προτέ
us bellū: auxiliū ferēt romani
ροις πόλεμος, συμμαχήσουσι οἱ ῥωμαῖοι
ex aīo vt eis opportunitas di
ἐκ ψυχῆς ὡς ἂν αὐτοῖς ὁ καιρὸς ὑπο-
ctauerit. ⁊ adiuuantib⁹ nō dabiť
γραφῇ. καὶ τοῖς συμμαχοῦσιν οὐ δοθήσεται
triticū arma argētum naues vt placuit rome:
σῖτος ὅπλα ἀργύριον πλοῖα ὡς ἔδοξε ῥώμῃ,
⁊ cuſtodiēt mādata hec ⁊
καὶ φυλάξονται τὰ φυλάγματα ταῦτα καὶ
nō cū dolo. ſm ſmones hos
οὐ μετὰ δόλου. κατὰ τοὺς λόγους τούτους
ſtatuerūt romani cū pplo iudeoꝝ. ſi
ἔστησαν ῥωμαῖοι τῷ δήμῳ τῶν ἰουδαίων. ἐὰν
A āt poſt verba hec cōſiliū habuerit
δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους βουλεύσωνται
hi ⁊ hi addere vel detrahere: fa-
οὗτοι καὶ οὗτοι προσθῆναι ἢ ἀφελεῖν, ποιή
ciēt ad libitū eoꝝ. ⁊ qđ addide
σονται ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν. καὶ ὃ ἐὰν προσθῶ
rint vel dēpſerint erit ratū. ⁊ de ma
σιν ἢ ἀφελῶσιν ἔσται κύρια. καὶ περὶ τῶν κα
lis q̄ rex demetri⁹ facit
κῶν ὧν ὁ βασιλεὺς δημήτριος συντελεῖται
cōtra eos: ſcripſim⁹ ei dicētes. ob
εἰς αὐτούς, ἐγράψαμεν αὐτῷ λέγοντες. διὰ
qđ aggrauaſti iugū tuū ſup amicos
τί ἐβάρυνας τὸν ζυγόν σου ἐπὶ τοὺς φίλους
nr̄os ſocios iudeos. ſi igiť
ἡμῶν τοὺς συμμάχους ἰουδαίους. ἐὰν οὖν
vltra adierint cōtra te: faciem⁹ eis
ἔτι ἐντύχωσι κατὰ σοῦ, ποιήσωμεν αὐτοῖς
iudiciū. ⁊ oppugnabim⁹ te per ma
τὴν κρίσιν. καὶ πολεμήσομεν σε διὰ τῆς θα
re ⁊ per terrā.
λάσσης καὶ διὰ τῆς ξηρᾶς. Ca.9.

ET audiuit demetri⁹ ꝙ fecit
Καὶ ἤκουσε δημήτριος ὅτι ἐποίησε
nicanor ⁊ exercit⁹ ei⁹ bellū:
νικάνωρ καὶ δυνάμεις αὐτοῦ πόλεμον,
⁊ addidit bacchidē ⁊ al-
B καὶ προσέθετο τὸν βακχίδην καὶ τὸν ἄλ-
cimū iteꝝ mittere in terrā iu
κιμον ἐκ δευτέρου ἀποστεῖλαι εἰς γῆν ἰού
da. ⁊ dextrū cornu cū eis. ⁊
δα. καὶ τὸ δεξιὸν κέρας μετ᾽ αὐτῶν. καὶ
abierunt viā q̄ in galgala: ⁊
ἐπορεύθησαν ὁδὸν τὴν εἰς γάλγαλα, καὶ
caſtrametati ſunt in meſaloth q̄ in arbe-
παρενέβαλον ἐπὶ μεσαλὼθ τὴν ἐν ἀρβή-
lis. ⁊ acceperunt eā: ⁊ pere
λοις. καὶ προκατελάβοντο αὐτήν., καὶ ἀπώ
merunt aīas hoīm multas. ⁊
λεσαν ψυχὰς ἀνθρώπων πολλάς. καὶ
mēſe primo anni ſecundi ⁊
τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου ἔτους τοῦ δευτέρου καὶ
q̄nquageſimi ⁊ cēteſimi caſtrametati ſunt ad
πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ παρενέβαλον ἐπὶ
hieruſalē. ⁊ ſurrexerūt ⁊ abierunt
ἱερουσαλήμ. καὶ ἀπῆραν καὶ ἐπορεύθησαν
in bereā cū viginti milib⁹ viroꝝ ⁊
εἰς βερέαν ἐν εἴκοσι χιλιάσιν ἀνδρῶν καὶ
duob⁹ milib⁹ equitū. ⁊ iudas poſuerat
ū3. b. δισχιλίᾳ ἵππῳ. καὶ ἰούδας ἦν παρεμβε-

ſubminiſtrabunt triticum arma pecuniam naues ſicut placuit romanis: & cuſtodient mandata eorum nihil ab eis accipientes. Similiter autem & ſi genti iudeorum prius acciderit bellum: adiuuabunt romani ex animo prout eis tēpus permiſerit: & adiuuātibus non dabitur triticum arma pecunia naues: ſicut placuit romanis & cuſtodient mandata eorum abſq; dolo. Secundum hec verba conſtituerunt romani populo iudeorū ꝙ ſi poſt hec verba hi aut illi addere aut demere ad hec aliquid voluerint: faciēt ex propoſito ſuo & quecūq; addiderit vel dēpſerint rata erunt. Sed et de malis que demetri⁹ rex fecit in eos ſcripſim⁹ ei dicentes. Quare grauaſti iugum tuū ſuper amicos noſtros & ſocios iudeos. Si ergo iterum adierint nos aduerſum te: faciemus illis iudicium & pugnabimus tecum mari terraq;. Ca.9.

INterea vt audiuit demetrius qa cecidit nicanor & exercit⁹ eius in prelio appoſuit bacchidem & alcimuꝫ rurſum mittere in iudeam & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam que ducit in galgala: et caſtra poſuerunt in maſaloth q̄ eſt in arbellis & occupauerunt eam: & peremerunt animas hominum multas. In mēſe primo anni centeſimi & quinquageſimi & ſecūdi applicuerūt exercitum ad hieruſalem: & ſurrexerūt et abierunt in berea viginti milia virorum: & duo milia equitum. Et iudas poſuerat caſtra in laiſa: et tria milia viri electi cum eo. Et viderunt multitudinem exercitus: quia multi ſunt & timuerunt valde: & multi ſubtraxerūt ſe de caſtris: & non remanſerunt ex eis niſi octīgenti viri. Et vidit iudas ꝙ defluxit exercitus ſuus et bellum perurgebat eum: & cōfractus eſt corde quia nō habebat tēpus cōgregādi eos: & diſſolutus eſt. Et dixit his qui reſidui erant. Surgamus & eamus ad aduerſarios noſtros: ſi poterim⁹ pugnare aduerſus eos: et auertebāt eum dicentes. Non poterimus: ſed liberemus animas noſtras modo: & reuertamur ad fratres noſtros: & tunc pugnabimus aduerſus eos. Nos autem pauci ſumus. Et ait iudas. Abſit iſtam rem facere: vt fugiamus ab eis. Et ſi appropiauit tempus noſtrum: moriamur in virtute propter fratres noſtros: & non inferamus crimē glorie noſtre: et mouit exercitus de caſtris: & ſteterunt illis obuiam. Et diuiſi ſunt equites in duas partes: et fundibularii & ſagittarii preibant exercitum et primi certaminis omnes potentes. Bacchides auteꝫ erat in dextro cornu: & proximauit legio ex duabus partibus & clamabant tubis. Exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte iude etiam ipſi: & cōmota eſt terra a voce exercituuꝫ: & cōmiſſum eſt prelium a mane vſq; ad veſperam. Et vidit iudas ꝙ firmior eſt pars exercitus bacchidis in dextris: & conuenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde: & contrita eſt dextera pars ab eis

caſtra in eleaſa. ⁊ tres mille viri
βλημὼς ἐν ἐλεάσα. καὶ τρισχίλιοι ἄνδρες
electi cū eo. ⁊ viderunt multitudīem
ἐκλεκτοὶ μετ᾽ αὐτοῦ. καὶ εἶδον τὸ πλῆθος τῶν
exercituū qm̄ multi ſunt: ⁊ timuerunt
δυνάμεων ὅτι πολλοί εἰσι, καὶ ἐφοβήθησαν
valde. ⁊ ſubtraxerunt ſe multi de
σφόδρα. καὶ ἐξερρύησαν πολλοὶ ἀπὸ τῆς
caſtris. nō relicti ſunt ex eis
παρεμβολῆς. οὐ κατελείφθησαν ἐξ αὐτῶν
niſi octingēti viri. ⁊ vidit iudas
ἀλλ᾽ ἢ ὀκτακόσιοι ἄνδρες. καὶ εἶδεν ἰούδας
qđ defluerēt caſtra ſua: ⁊ bel
ὅτι ἀπερρύη ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ πό-
lū affligebat eū: ⁊ cōfract⁹ eſt cor
λεμος ἔθλιβεν αὐτόν, καὶ συνετρίβη τῇ καρ
de qm̄ nō habuit tps vt cōgregaret. eos.
δίᾳ ὅτι οὐκ εἶχε καιρὸν συναγαγεῖν αὐτούς.
⁊ diſſolut⁹ ē. ⁊ dixit relictis.
καὶ ἐξελύθη. καὶ εἶπε τοῖς καταλειφθεῖσιν.
ſurgam⁹ ⁊ aſcēdam⁹ ad cōtra
ἀναστῶμεν καὶ ἀναβῶμεν ἐπὶ τοὺς ὑπεναντί
rios nr̄os. ſi forte poterim⁹ debellare e-
ους ἡμῶν. ἐὰν ἄρα δυνώμεθα πολεμῆσαι αὐ
os. ⁊ auerterūt eū dicētes. nō
τούς. καὶ ἀπέστρεψαν αὐτὸν λέγοντες. οὐ μὴ
poterim⁹ ſed liberem⁹ nr̄as ani
δυνώμεθα ἀλλ᾽ ἢ σώζωμεν τὰς ἑαυτῶν ψυ
mas nūc reuertere. ⁊ fratres nr̄i
χὰς τὸ νῦν ἐπίστρεψον. καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν
defluxerunt. ⁊ pugnabim⁹ cōtra eos.
ἀπερρύησαν. καὶ πολεμήσομεν πρὸς αὐτούς.
nos āt pauci. ⁊ dixit iudas. nō mihi ſit
ἡμεῖς δὲ ὀλίγοι. καὶ εἶπεν ἰούδας. μή μοι γέ-
res hec: facere vt fugiam⁹ ab e-
νοιτο πρᾶγμα τοῦτο, ποιῆσαι φυγεῖν ἀπ᾽ αὐ
is. ⁊ appropiquauit tps nr̄m ⁊ moria
τῶν. καὶ ἤγγικεν ὁ καιρὸς ἡμῶν καὶ ἀποθάνω
mur fortiter ꝑpter fratres nr̄os. ⁊
μεν ἀνδρίᾳ χάριν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. καὶ
nō relinquam⁹ crimē glīe nr̄e. ⁊
μὴ καταλίπωμεν αἰτίαν τῇ δόξῃ ἡμῶν. καὶ
mouit exercit⁹ de caſtris.
ἀπῆρεν ἡ δύναμις ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς.
⁊ ſteterūt in occurſum eis. ⁊ diui-
καὶ ἔστησαν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. καὶ ἐμερί
ſus ē equitat⁹ i duas ptes. ⁊ fundibularij ⁊
σθη ἡ ἵππος δύο μέρη. καὶ οἱ σφενδονηταὶ καὶ
ſagittarij p̄ibāt exercitū. ⁊
οἱ τοξόται προεπορεύοντο τῆς δυνάμεως. καὶ οἱ
p̄mi certatores oēs potētes. bacchides āt
πρωταγωνισταὶ πάντες οἱ δυνατοί. βακχίδης δὲ
erat ī dextro cornu. ⁊ appropīquauit phalāx
ἦν ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι. καὶ ἤγγισεν ἡ φάλαγξ
a duab⁹ ptib⁹ ⁊ cecinerūt tubis:
ἐκ τῶν δύο μερῶν καὶ ἐφώνουν ταῖς σάλπιγ
⁊ cecinerūt q̄ a pte iude ⁊ ipſi
ξι, καὶ ἐσάλπισαν οἱ παρὰ ἰούδα καὶ αὐτοὶ
tubis: ⁊ cōmota eſt terra a
ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ ἀπὸ τῆς
voce exercituū. ⁊ fuit preli-
φωνῆς τῶν παρεμβολῶν. καὶ ἐγένετο ὁ πόλε
um cōmiſſum a mane vſq; ad veſperā.
μος συνημμένος ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας.
⁊ vidit iudas ꝙ bacchides ⁊ firma
καὶ εἶδεν ἰούδας ὅτι βακχίδης καὶ τὸ στερέ
mētū exercit⁹ in dextris. ⁊
ωμα τῆς παρεμβολῆς ἐν τοῖς δεξιοῖς. καὶ
cōuenerunt cū eo oēs animoſi cor-
συνῆλθον αὐτῷ πάντες οἱ εὔψυχοι τῇ καρ
de: ⁊ cōfractū eſt dextrū cornu ab ipſis
δίᾳ καὶ συνετρίβη τὸ δεξιὸν κέρας ἀπ᾽ αὐτῶν

⁊ ꝑsecuti sũt post eos vsqꝫ ad azoti mõtẽ.
καὶ ἐδίωκον ὀπίσω αὐτῶν ἕως ἀζώτου ὄρους.
⁊ q̃ in sinistro cornu viderũt ꝙ cõtri=
καὶ οἱ εἰς τὸ ἀριστερὸν κέρας εἶδον ὅτι συνε
tũ est dextrũ cornu: ⁊ reuersi sũt ſm
τρίβη τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ ἐπέστρεψαν κατὰ
pedes iude ⁊ eoꝝ q̃ cũ eo ẽ
πόδας ἰούδου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ἐκ τῶν
tergo: ⁊ ingrauatũ ẽ preliũ: ⁊ ceci=
ὄπισθεν, καὶ ἐβαρύνθη ὁ πόλεμος, καὶ ἔπε
derũt vulnerati multi ex his ⁊ ex
σον τραυματίαι πολλοὶ ἐκ τούτων καὶ ἐκ
his. ⁊ iudas cecidit: ⁊ reliqui fuge
τούτων. καὶ ἰούδας ἔπεσε, καὶ οἱ λοιποὶ ἔφυ
rũt. ⁊ tulerũt ionathã ⁊ simõ iudã
γον. καὶ ἦραν ἰωνάθαν καὶ σίμων ἰούδαν τὸν
fratrẽ suũ: ⁊ sepelierũt eũ in se=
ἀδελφὸν αὐτῶν, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τά
pultura patrũ ei⁹ in modin. ⁊ luxe=
φῳ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν μωδεΐν. καὶ ἔκλαυ
rũt eũ ⁊ plãxerũt eũ oĩs israel
σαν αὐτὸν καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς ἰσραὴλ
plãctu magno. ⁊ plorauerũt dies mul=
κοπετὸν μέγαν. καὶ ἐπένθουν ἡμέρας πολ-
tos ⁊ dixerũt. q̃mõ cecidit potẽs saluãs
λὰς καὶ εἶπαν. πῶς ἔπεσε δυνατὸς σώζων
israel. ⁊ reliqua ſmonũ iu=
τὸν ἰσραήλ. καὶ τὰ περισσὰ τῶν λόγων ἰού=
de ⁊ belloꝝ ⁊ facinoꝝ
δα καὶ τῶν πολέμων καὶ τῶν ἀνδραγαθι
q̃ fecit ⁊ magnitudinis eoꝝ
ῶν ὧν ἐποίησε καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτῶν
nõ sunt scripta. multa eñ erãt valde. ⁊
οὐ κατεγράφη. πολλὰ γὰρ ἦν σφόδρα. καὶ
factũ est post mortẽ iude: emerserũt
ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν ἰούδα, ἐξέκυψαν
iniqui in oĩb⁹ terminis israel. ⁊
οἱ ἄνομοι ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις ἰσραήλ. καὶ
exorti sunt oẽs operãtes iniq̃ta
ἀνέτειλαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀδικί
tẽ. in dieb⁹ illis facta ẽ fames
αν. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγενήθη λιμὸς
magna valde. ⁊ rebellauit regio cũ
μέγας σφόδρα. καὶ ηὐτομόλησεν ἡ χώρα με
ipis. ⁊ elegit bacchides im=
τ' αὐτῶν. καὶ ἐξέλεξε βακχίδης τοὺς ἀσε=
pios viros: ⁊ cõstituit eos dños
βεῖς ἄνδρας, καὶ κατέστησεν αὐτοὺς κυρίους
regionis. ⁊ exq̃rebãt ⁊ scrutabant̃
τῆς χώρας. καὶ ἐξεζήτουν καὶ ἐξηρεύνων τοὺς
amicos iude. ⁊ duxerũt eos ad bacchi
φίλους ἰούδα. καὶ ἦγον αὐτοὺς πρὸς βακχί=
dẽ: ⁊ vĩdicabat in illos: ⁊ illudebat eos.
δην, καὶ ἐξεδίκα αὐτούς, καὶ ἐνέπαιζεν αὐτοῖς.
⁊ facta ẽ tribulatio magna in israel: q̃
καὶ ἐγένετο θλίψις μεγάλη ἐν τῷ ἰσραήλ, ἥτις
nõ est facta a qua die nõ est visus ꝓpheta
οὐκ ἐγένετο ἀφ' ἧς ἡμέρας οὐκ ὤφθη προφήτης
eis: ⁊ cõgregati sunt oẽs amici
αὐτοῖς. καὶ ἠθροίσθησαν πάντες οἱ φίλοι
iude ⁊ dixerũt ionathe. ex quo fra
ἰούδα καὶ εἶπον τῷ ἰωνάθαν. ἀφ' οὗ ὁ ἀδελ
ter tu⁹ iudas mortu⁹ est: ⁊ vir simi=
φός σου ἰούδας τετελεύτηκε, καὶ ἀνὴρ ὅμοι=
lis ei nõ est ad excũdũ cõtra inimicos
ος αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἐξελθεῖν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς
⁊ bacchidẽ. ⁊ in inimicos
καὶ βακχίδην. καὶ ἐν τοῖς ἐχθραίνουσι τοῦ
gẽtis nr̃e. nũc igit̃ te elegim⁹ ho=
ἔθνους ἡμῶν. νῦν οὖν σὲ ᾑρετισάμεθα σήμε=
die vt sis pro eo nobis in principẽ
ρον τοῦ εἶναι ἀντ' αὐτοῦ ἡμῖν εἰς ἄρχοντα

& persecutus est eos vsqꝫ ad montẽ azoti. Et qui in sinistro cornu erant viderunt ꝙ contritum est dextrum cornu: & secuti sunt post iudam & eos qui cuꝫ ipso erant a tergo. Et ingrauatũ est prelium & ceciderunt vulnerati multi ex his et ex illis. Et iudas cecidit: & ceteri fugerunt. Et ionathas & simon tulerũt iudam fratrem suum: & sepelierunt eũ in sepulchro patrum suorum in ciuitate modin. Et fleuerunt eum omnis populus israel planctu magno: & lugebãt dies multos et dixerunt. Quomodo cecidit potens qui saluum faciebat populum israel. Et cetera verba bellorum iude & virtutum quas fecit: & magnitudinis eius non sunt descripta. Multa eñ erant valde. Et factum est post obitum iude emerserunt iniqui in omnibus finibus israel: & exorti sunt omnes qui operabãtur iniquitatem. In dieb⁹ illis facta est fames magna valde: & tradidit se bacchidi omnis regio eorum cũ ipis: Et elegit bacchides viros impios & constituit eos dominos regionis: & exquirebant & perscrutabantur amicos iude: & adducebant eos ad bacchidem: & vindicabat in illos & illudebat. Et facta est tribulatio magna in israel: qualis non fuit ex die qua non est visus propheta in israel: et congregati sunt omnes amici iude: & dixerunt ionathe. Ex quo frater tuus iudas defunctus est: vir similis ei non est qui exeat contra inimicos nostros bacchidem & eos qui inimici sunt gentis nostre. Nunc itaqꝫ te hodie elegimus esse pro eo nobis in principem & ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit ionathas tempore illo principatuꝫ: & surrexit loco iude fratris sui: & cognouit bacchides: & querebat euꝫ occidere: & cognouit ionathas & simõ frater eius et omnes qui cum eo erant: & fugerunt in desertum thecue: & cõsederũt ad aquam lacus asphar: & cognouit bacchides: & die sabbatorum venit ipse et omnis exercitus eius trãs iordanem: & ionathas misit fratrem suuꝫ ducem populi: & rogauit nabutheos amicos suos vt cõmodarent illis apparatũ suum qui erat copiosus: & exierunt filii iambri ex madaba: & comprehẽderũt iohannẽ et omnia que habebat: & abierunt habentes ea. Post hec verba renũciatum est ionathe et simoni fratri eius: quia filii iambri faciũt nuptias magnas & ducunt sponsaꝫ ex madaba filiã vni⁹ de magnis principibus chanaan cũ ambitione magna: & recordati sunt sanguinis iohãnis fratris sui: & ascenderũt & absconderunt se sub tegumento mõtis: & eleuauerunt oculos suos & viderunt et ecce tumultus et aparatus multus: et sponsus processit et amici eius & fratres eius obuiam illis cum tympanis & musicis & armis multis: et surrexerũt ad eos ex insidiis: & occiderunt eos: & ceciderunt vulnerati multi: & residui fugerunt in montes: & acceperũt omnia spolia eorum: & conuerse sunt nuptie in luctum: & vox musicorum

⁊ ducẽ vt pugnes pugnã
καὶ ἡγούμενον τοῦ πολεμῆσαι τὸν πόλεμον
nr̃am. ⁊ suscepit ionathã in tp̃e
ἡμῶν. καὶ ἐπεδέξατο ἰωνάθαν ἐν τῷ καιρῷ
illo ducatũ: ⁊ surrexit pro iuda
ἐκείνῳ τὴν ἥγησιν, καὶ ἀνέστη ἀντὶ ἰούδα τοῦ
fratre suo. ⁊ cognouit bacchides ⁊
ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ ἔγνω βακχίδης καὶ
q̃rebat eũ occidere: ⁊ cognouit ionathas
ἐζήτει αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ ἔγνω ἰωνάθαν
⁊ simõ frater ei⁹ ⁊ omnes q̃
καὶ σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ πάντες οἱ
cũ eo: ⁊ fugerũt in desertũ thecoe.
μετ' αὐτοῦ, καὶ ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον θεκωέ.
⁊ castrametati sunt ad aquã lac⁹ as=
καὶ παρενέβαλον ἐπὶ τὸ ὕδωρ λάκκου ἀσ
phar. ⁊ cognouit bacchides die sab=
φάρ. καὶ ἔγνω βακχίδης τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαβ
batoꝝ: ⁊ venit ip̃e ⁊ tot⁹ exer=
βάτων, καὶ ἦλθεν αὐτὸς καὶ πᾶν τὸ στρά=
cit⁹ ei⁹ vltra iordanẽ. ⁊ mi=
τευμα αὐτοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου. καὶ ἀπέ
sit fratrẽ suũ ducẽ tur=
στειλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἡγούμενον τοῦ ὄχ=
be. ⁊ rogauit nabateos ami
λου. καὶ παρεκάλεσε τοὺς ναβαταίους φί=
cos ei⁹ vt comẽdarẽt illis appara
λους αὐτοῦ παραθέσθαι αὐτοῖς τὴν ἀποσκευ
tũ eoꝝ multũ. ⁊ exierũt filij ambri
ὴν αὐτῶν τὴν πολλήν. καὶ ἐξῆλθον υἱοὶ ἀμβρὶ
de medaba: ⁊ cõprehẽderũt ioannẽ ⁊
ἐκ μηδαβά, καὶ συνέλαβον ἰωάννην καὶ
oĩa q̃ habuit ⁊ abierũt hñtes.
πάντα ὅσα εἶχε καὶ ἀπῆλθον ἔχοντες.
post aũt ſmones hos renũciaue
μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους ἀπήγγει=
rũt ionathe ⁊ simoni fratri e=
λαν ἰωνάθαν καὶ σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐ
ius: ꝙ filij ambri faciũt nuptias
τοῦ, ὅτι οἱ υἱοὶ ἀμβρὶ ποιοῦσι γάμον
magnas: ⁊ ducũt spõsam ex na
μέγαν, καὶ ἄγουσι τὴν νύμφην ἀπὸ να=
badath filiã vni⁹ magnoꝝ pri
βαδὰθ θυγατέρα ἑνὸς τῶν μεγάλων με
cipũ chanaã cũ ambitione ma
γιστάνων χαναὰν μετὰ παραπομπῆς με
gna. ⁊ recordati sunt ioannis fratris
γάλης. καὶ ἐμνήσθησαν ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ
sui: ⁊ ascẽderũt ⁊ abscõditi sunt sub
αὐτῶν, καὶ ἀνέβησαν καὶ ἐκρύβησαν ὑπὸ τὴν
tegumẽto mõtis. ⁊ leuauerũt oculos
σκέπην τοῦ ὄρους. καὶ ἦραν τοὺς ὀφθαλμοὺς
suos ⁊ viderũt. ⁊ ecce tumult⁹ ⁊ appa
αὐτῶν καὶ εἶδον. καὶ ἰδοὺ θροῦς καὶ ἀπο=
rat⁹ mult⁹ ⁊ spõsus exiuit ⁊
σκευὴ πολλὴ καὶ ὁ νυμφίος ἐξῆλθε καὶ οἱ
amici ei⁹ ⁊ fratres ei⁹ in occursum
φίλοι αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰς συνάντη
eoꝝ cũ tympanis ⁊ musicis
σιν αὐτῶν μετὰ τυμπάνων καὶ μουσικῶν
⁊ armis multis. ⁊ surrexerũt in e=
καὶ ὅπλων πολλῶν. καὶ ἐξανέστησαν ἐπ' αὐ
os de insidijs: ⁊ occiderunt e=
τοὺς ἀπὸ τοῦ ἐνέδρου, καὶ ἀπέκτειναν αὐ
os. ⁊ ceciderũt vulnerati multi: ⁊
τούς. καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοί, καὶ οἱ
reliqui fugerũt in mõtẽ: ⁊ acceperũt
ἐπίλοιποι ἔφυγον εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἔλαβον
oĩa spolia eoꝝ. ⁊ cõuerse sunt
πάντα τὰ σκῦλα αὐτῶν. καὶ μετεστράφη ὁ
nuptie in luctũ: ⁊ vox musicoꝝ
γάμος εἰς πένθος, καὶ φωνὴ μουσικῶν

ipoꝝ in luctũ τ vindicauerũt vindi
αὐτῶν εἰς θρῆνον καὶ ἐξεδίκησαν τὴν ἐκδί
ctã sanguinis fratris sui: τ reuersi
κησιν αἵματος ἀδελφοῦ αὐτῶν, καὶ ἀπέστρε
sũt in orã iordanis. τ audiuit
ψαν εἰς τὸ ὄρος τοῦ ἰορδάνου. καὶ ἤκουσε
E bacchides. τ venit die sabba
βακχίδης. καὶ ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββά
toꝝ vsq₃ad ripas iordanis cũ exer
των ἕως τῶν κρηπίδων τοῦ ἰορδάνου ἐν δυ
citu multo. τ dixit ionathas
b. νάμει πολλῇ. καὶ εἶπεν ἰωνάθαν τοῖς παρ᾽
suis: surgam⁹ nũc τ pugnem⁹ pro
αὐτοῦ, ἀναστῶμεν νῦν καὶ πολεμήσωμεν ὑπὲρ
aiab⁹ nr̃is. nõ em̃ est hodie vt
τῶν ψυχῶν ἡμῶν. οὐ γάρ ἐστι σήμερον ὡς
heri τ nudi⁹terti⁹. ecce em̃ bel=
ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. ἰδοὺ γὰρ ὁ πόλε=
lũ ex aduerso nr̃m τ post nos.
μος ἐξεναντίας ἡμῶν καὶ ἐξόπισθεν ἡμῶν.
at aqua iordanis hinc τ hinc τ pa
τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ ἰορδάνου ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ ἕ=
lus τ sylua: nõ est locus ad declinãdũ:
λος καὶ δρυμός, οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ἐκκλῖναι,
nũc igiť clamate in celũ vt
νῦν οὖν κεκράξατε εἰς τὸν οὐρανὸν ὅπως
liberemini de manu inimicoꝝ. τ cõmissũ est
διασωθῆτε χειρὸς ἐχθρῶν. καὶ συνῆψεν ὁ
preliũ. τ extẽdit ionathas manũ
πόλεμος. καὶ ἐξέτεινεν ἰωνάθαν τὴν χεῖρα
suã vt pcuteret bacchidẽ. τ declinauit
αὐτοῦ πατάξαι τὸν βακχίδην. καὶ ἐξέκλινεν
ab eo in retro. τ insiluit io=
F ἀπ᾽ αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ ἐνεπήδησεν ἰω
nathas τ q̃ cũ eo in iordanẽ τ
νάθαν καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ εἰς τὸν ἰορδάνην καὶ
trãsnatauerũt ad vlteriorẽ ptẽ. τ nõ trã=
διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν. καὶ οὐ διέ=
sierũt ad eos iordanẽ. τ cecide=
βησαν ἐπ᾽ αὐτοὺς τὸν ἰορδάνην. καὶ διέπε=
rũt a bacchidis pte die illa ad
σον παρὰ βακχίδου τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς
mille viros. τ reuersus ẽ in hierl̃m.
χιλίους ἄνδρας. καὶ ἐπέστρεψεν εἰς ἱλήμ.
τ edificauit vrbes munitas in iu=
καὶ ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς ἐν τῇ ἰου=
dea τ munitionẽ q̃ in hiericho τ
δαίᾳ καὶ τὸ ὀχύρωμα τὸ ἐν ἱεριχὼ καὶ τὴν
bethel. τ thãnasa pharathoni τ
βαιθήλ. καὶ τὴν θαμνασὰ φαραθωνὶ καὶ τὴν
tepho in muris excelsis τ portis τ
τεφὼ ἐν τείχεσιν ὑψηλοῖς καὶ πύλαις καὶ
vectib⁹. τ posuerũt custodiã in eis vt
μοχλοῖς. καὶ ἔθεντο φρουρὰν ἐν αὐτοῖς τοῦ
inimicitias exercerẽt ĩ isrl̃. τ muniuit vr=
ἐχθραίνειν τῷ ἰσραήλ. καὶ ὠχύρωσε τὴν πό
bẽ q̃ in bethsura τ gazarã τ ar=
λιν τὴν ἐν βαιθσούρᾳ καὶ γαζαρὰ καὶ τὴν ἄ=
cẽ. τ posuit in eis exercit⁹ τ
κραν. καὶ ἔθετο ἐν αὐταῖς δυνάμεις καὶ
apparat⁹ escaꝝ: τ accepit
παραθέσεις βρωμάτων, καὶ ἔλαβε τοὺς
filios ducũ regiõis obsides.
υἱοὺς τῶν ἡγουμένων τῆς χώρας ὅμηρα.
G τ posuit eos in arce in hierusa=
καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐν ἱερουσα=
lẽ in custodia. τ in ãno tertio τ quin
λὴμ ἐν φυλακῇ. καὶ ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ πεν
quagesimo τ cẽtesimo mẽse secũdo:
τηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ,
precepit alcim⁹ destruere muꝝ
ἐπέταξεν ἄλκιμος καθαιρεῖν τὸ τεῖχος

aule sanctoꝝ ĩterioris: τ
τῆς αὐλῆς τῶν ἁγίων τῆς ἐσωτέρας, καὶ
destruxit opa prophetaꝝ. τ ince
καθεῖλε τὰ ἔργα τῶν προφητῶν. καὶ ἐνήρ
pit destruere. in tp̃e illo
ξατο τοῦ καθαιρεῖν. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ
pcussus est alcim⁹ τ impedita sunt ope
ἐπλήγη ἄλκιμος καὶ ἐνεποδίσθη τὰ ἔρ=
ra illi⁹. τ occlusum est os ei⁹.
γα αὐτοῦ. καὶ ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ.
τ dissolut⁹ est: τ nõ potuit vltra lo=
καὶ παρελύθη, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἔτι λα
qui ſimonẽ τ mãdare de
λῆσαι λόγον καὶ ἐντείλασθαι περὶ τοῦ
domo sua. τ mortu⁹ est alcim⁹ in tẽpo
οἴκου αὐτοῦ. καὶ ἀπέθανεν ἄλκιμος ἐν τῷ και
re illo cũ tormẽto magno. τ
ρῷ ἐκείνῳ μετὰ βασάνου μεγάλης. καὶ
vidit bacchides φ mortu⁹ est alcim⁹:
εἶδε βακχίδης ὅτι ἀπέθανεν ἄλκιμος,
τ reuersus est ad regẽ. τ si=
καὶ ἀπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ ἡσύ
luit terra iuda ãnos duos. τ cogitaue=
χασεν ἡ γῆ ἰούδα ἔτη δύο. καὶ ἐβουλεύ=
rũt oẽs iniqui dicẽtes: ecce
σαντο πάντες οἱ ἄνομοι λέγοντες, ἰδοὺ
ionathas τ q̃ apd̃ illũ in silẽtio ha
ἰωνάθαν καὶ οἱ παρ᾽ αὐτοῦ ἐν ἡσυχίᾳ κα
bitãt cõfidẽtes: nũc igiť ducam⁹
τοικοῦσι πεποιθότες, νῦν οὖν ἄξωμεν τὸν
bacchidẽ: τ cõprehẽdet eos om=
βακχίδην, καὶ συλλήψεται αὐτοὺς πάν
nes in nocte vna. τ eũtes cõsul=
τας ἐν νυκτὶ μιᾷ. καὶ πορευθέντες συνε=
uerũt ei. τ abijt vt veniret
βουλεύσαντο αὐτῷ. καὶ ἀπῆρε τοῦ ἐλθεῖν
cũ exercitu multo. τ misit
μετὰ δυνάμεως πολλῆς. καὶ ἀπέστειλεν
epistolas occulte oĩb⁹ socijs
ἐπιστολὰς λάθρα πᾶσι τοῖς συμμάχοις
ei⁹ q̃ in iudea: vt cõpre
αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, ὅπως συλλά
hẽdãt ionathã τ eos q̃ cũ eo.
βωσι τὸν ἰωνάθαν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ.
τ nõ potuerũt: q̃a ĩnotuit illis
καὶ οὐκ ἐδύναντο, ὅτι ἐγνώσθη αὐτοῖς ἡ
cõsiliũ eoꝝ. τ apprehẽderũt de
βουλὴ αὐτῶν. καὶ συνελάβοντο ἀπὸ τῶν
viris regiõis pncipũ
ἀνδρῶν τῆς χώρας τῶν ἀρχηγῶν τῆς
malicie q̃nquaginta viros: τ occide
κακίας πεντήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέ=
rũt eos. τ secessit ionathas
κτειναν αὐτούς. καὶ ἐξεχώρησεν ἰωνάθαν
τ simõ τ q̃ cũ eo in bethbe
καὶ σίμων καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ εἰς βαιθβα
sem q̃ in deserto. τ edificauit q̃ de
σὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ ᾠκοδόμησε τὰ κα
structa erãt ei⁹. τ firmauit eã τ
θῃρημένα αὐτῆς. καὶ ἐστερέωσεν αὐτὴν καὶ
cognouit bacchides τ cõgregauit oẽm
ἔγνω βακχίδης καὶ συνήγαγε πᾶν τὸ
multitudinẽ suã. τ his q̃ erãt de iudea denũ
πλῆθος αὐτοῦ. καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἰουδαίας παρ=
ciauit. τ veniẽs posuit castra sup beth=
ήγγειλε. καὶ ἐλθὼν παρενέβαλεν ἐπὶ βαιθ
basem τ oppugnauit eã dies mul=
βασὶ καὶ ἐπολέμησεν αὐτὴν ἡμέρας πολ=
tos. τ fecit machinas. τ reliq̃t io
λάς. καὶ ἐποίησε μηχανάς. καὶ ἀπέλιπεν ἰω
nathas simonẽ fratrẽ suũ in ciuitate.
νάθαν σίμωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει.

ipsorum in lamentum: & vindicauerũt vindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripam iordanis: & audiuit bacchides & venit die sabbatorum vsq₃ ad oram iordanis in virtute magna: & dixit ad suos ionathas. Surgamus et pugnemus contra inimicos nostros. Nõ est enim hodie sicut heri et nudiustertius: ecce enim bellu₃ ex aduerso: aqua vero iordanis hinc & inde & ripe et paludes & salt⁹: & nõ est locus diuertẽdi. Nunc ergo clamate in celum: vt liberemini de manu inimicorum vestrorum: & cõmissum est bellum: & extendit ionathas manum suam percutere bacchidem: & diuertit ab eo retro: & dissiliit ionathas: & qui cum eo erant in iordanẽ: & transnatauerunt ad eos iordane₃: & ceciderunt de pte bacchidis die illa mille viri: & reuersi sunt in hierusalem: & edificauerũt ciuitates munitas in iudea munitionem que erat in hiericho: et in ammaum: et in bethoron: & bethel: & thannatha: & phara: & thopo muris excelsis: & portis et seris: & posuit custodiam in eis: vt inimicitias exercerẽt in israel: & muniuit ciuitatem bethsuram & gazaram & arcem: & posuit in eis auxilia & apparatum escarum: & accepit filios principum regionis obsides: & posuit eos in arce in hierusalem in custodiam. Et anno centesimo quinquagesimo tertio mense secundo precepit alcimus destrui muros domus sancte interiores: & destrui opera prophetarum. Et cepit destruere. In tempore illo percussus est alcimus: & impedita sunt opa illius: & occlusum est os eius: & dissolutus est paralysi: nec vltra potuit loq verbum & mandare de domo sua. Et mortuus est alcimus in tempore illo cũ tormento magno. Et vidit bacchides quoniam mortuus est alcimus: & reuersus est ad rege₃: & siluit terra annis duob⁹. Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes. Ecce ionathas & qui cu₃ eo sunt in silentio habitant confidenter. Nunc ergo adducamus bacchidem: & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt: & consilium ei dederunt. Et surrexit vt veniret cũ exercitu multo. Et misit occulte epistolas sociis suis qui erãt in iudea: vt comprehẽderent ionatha₃: & eos qui cum eo erant: sed non potuerunt: quia innotuit eis consilium eorũ. Et apprehendit de viris regionis q principes erãt militie quinquaginta viros & occidit eos. Et secessit ionathas & simon: & qui cum eo erãt in bethbessem que est in deserto: & extruxit diruta ei⁹ & firmauerunt eam. Et cognouit bacchides & congregauit vniuersam multitudinem suam: & his qui de iudea erãt denunciauit. Et venit & castra posuit desuper bethbessẽ et oppugnauit eã dies multos & fecit machinas. Et reliquit ionatas simonem fratre₃ suũ in ciuitate:

τ exiuit in regionē. τ venit nūerans.
καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν χώραν. καὶ ἦλθεν ἀριθμῶν.
τ pcussit odomira τ fratres
καὶ ἐπάταξεν ὀδομηρὰ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς
eius τ filios phasirō in taber
αὐτοῦ καὶ τοὺς υἱοὺς φασιρὼν ἐν τῷ σκη-
naculo ipoꝝ. τ incepit pcutere: τ
νώματι αὐτῶν. καὶ ἤρξατο τύπτειν, καὶ
ascēdit cū exercitib⁹. τ simon
ἀνέβαινεν ἐν ταῖς δυνάμεσι. καὶ σίμων
τ q̄ cū eo exierūt de vrbe:
καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως,
τ cōbusserunt machinas. τ pugna
καὶ ἐνεπύρισαν τὰς μηχανάς. καὶ ἐπολέ
uerūt cōtra bacchidē τ cōtritus
μησαν πρὸς τὸν βακχίδην. καὶ συνετρί
est ab eis. τ affixerūt eū valde:
βη ὑπ' αὐτῶν. καὶ ἔθλιβον αὐτὸν σφόδρα,
q̄m fuit cōsiliū ei⁹ τ exit⁹ e-
ὅτι ἦν ἡ βουλὴ αὐτοῦ καὶ ἡ ἔφοδος αὐ-
ius van⁹. τ irati sunt furore vi-
τοῦ κενή. καὶ ὠργίσθησαν θυμῷ τοῖς ἀν-
ris iniqs q̄ cōsuluerūt
δράσι τοῖς ἀνόμοις τοῖς συμβουλεύσασιν
ei venire in regionē. τ occide
αὐτῷ ἐλθεῖν εἰς τὴν χώραν. καὶ ἀπέ-
rūt ex eis multos. τ cogita
κτειναν ἐξ αὐτῶν πολλούς. καὶ ἐβουλεύ
uit vt veniret in terrā eoꝝ. τ
σατο τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν γῆν αὐτῶν. καὶ
cognouit ionathas: τ misit ad e-
ἐπέγνω ἰωνάθαν, καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐ-
um legatos vt cōponerēt cū illo
τὸν πρέσβεις τοῦ συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν
pacē τ redderet illis capti
εἰρήνην καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὴν αἰχ-
uos. τ accepit libēter τ fecit
μαλωσίαν. καὶ ἀπεδέξατο καὶ ἐποίησε
iuxta verba ei⁹. τ iurauit ei
κατὰ τοὺς λόγους αὐτοῦ. καὶ ὤμοσεν αὐ-
nō q̄situꝝ ei malū oīb⁹
τῷ μὴ ἐκζητῆσαι αὐτῷ κακὸν πάσας τὰς
dieb⁹ vite sue. τ reddidit
ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. καὶ ἀπέδωκεν
ei captiuitatē quā p̄datus
αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν ἣν ᾐχμαλώτευ
erat prius de terra iuda. τ reuer
σε τὸ πρότερον ἐκ γῆς ἰούδα. καὶ ἀποστρέ
sus abijt in terrā suā. τ nō
ψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. καὶ οὐ
addidit vltra venire ad terminos eoꝝ.
προσέθετο ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὰ ὅρια αὐτῶν.
τ cessauit gladi⁹ ex israel. τ
καὶ κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ ἰσραήλ. καὶ
habitauit ionathas in machmas. τ cepit
ᾤκησεν ἰωνάθαν ἐν μαχμάς. καὶ ἤρξα-
ionathas iudicare pplm. τ extermi
το ἰωνάθαν κρίνειν τὸν λαόν. καὶ ἠφάνι-
nauit ipios de israel.
σε τοὺς ἀσεβεῖς ἐξ ἰσραήλ. C. 10.

Et in anno sexagesimo τ cētesimo:
Καὶ ἐν ἔτει ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ,
ascēdit alexāder filius antiochi no-
ἀνέβη ἀλέξανδρος ὁ τοῦ ἀντιόχου ὁ ἐπι
bilis τ occupauit ptolemaidā.
φανής. καὶ κατελάβετο πτολεμαΐδα.
τ susceperūt eū: τ regnauit
καὶ ἐπεδέξαντο αὐτόν, καὶ ἐβασίλευσεν
illic. τ audiuit demetri⁹ rex
ἐκεῖ. καὶ ἤκουσε δημήτριος ὁ βασιλεὺς
τ cōgregauit exercit⁹ multos valde.
καὶ συνήγαγε δυνάμεις πολλὰς σφόδρα.

& exiuit in regionem: & venit cum numero & percussit odarē & fratres eius: & filios phaseron in tabernaculis ipsorum: & cepit cedere & crescere in virtutibus. Simon vero: & qui cum ipso erant exierunt de ciuitate & succenderunt machinas: & pugnauerunt contra bacchidem: & contritus est ab eis. Et afflixerunt eum valde: quoniam consilium eius & cōgressus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorū: multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. Et cognouit ionathas & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso: & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit: & fecit secundum verba eius: iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vite eius. Et reddidit ei captiuitatem quā prius erat predatus de terra iuda. Et conuersus abiit in terram suā: & non apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex isrl. Et habitauit ionathas in machmas: & cepit ionathas ibi iudicare populum: & exterminauit impios ex isrl.

Capitulum decimum.

Et anno centesimo sexagesimo ascendit alexander antiochi filius qui cognominatus est nobilis: & occupauit ptolemaidā: & receperūt eum & regnauit illic. Et audiuit demetrius rex & congregauit exercitū copiosum valde: & exiuit obuiam illi in prelium. Et misit demetrius epistolam ad ionatham verbis pacificis vt magnificaret eum. Dixit enim. Anticipemus facere pacem cum eo priusq̄ faciat cum alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omniū malorum que fecimus in eum: & in fratrem eius & in gentem eius. Et dedit ei potestatem cōgregandi exercitū: & fabricare arma: & esse ipsum sociū eius: & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit ionathas in hierusalem: & legit epistolas in auditu omnis populi: & eorum qui in arce erant. Et timuerūt timore magno: quoniam audierūt q̄ dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sūt ionathe obsides: & reddidit eos parentibus suis. Et habitauit ionathas in hierusalem: & cepit edificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera vt extruerent muros & montem sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt. Et fugerunt alienigene qui erant in munitionibus quas bacchides edificauerat: & reliqt vnusquisque locum & abiit in terram suam: tantum in bethsura remanserūt aliqui ex his qui reliquerant legem & precepta dei. Erat enim hoc eis ad refugium. Et audiuit alexander rex romissa que promisit demetrius ionathe & narrauerūt ei p̄lia & virtutes

τ exijt in occursum ei in bel
καὶ ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῷ εἰς πό
liū. τ misit demetri⁹ ad io
λεμον. καὶ ἀπέστειλε δημήτριος πρὸς ἰω
nathā epistolas verbis pacificis: vt
νάθαν ἐπιστολὰς λόγοις εἰρηνικοῖς, ὥστε
magnificaret eū. dixit eīm: p̄ueniā
μεγαλῦναι αὐτόν. εἶπε γάρ, προφθάσω
m⁹ pacē ponere cū eis: āteq̄
μεν τοῦ εἰρήνην θεῖναι μετ' αὐτῶν, πρὶν
ponat ipe cū alexādro cōtra nos.
θεῖναι αὐτὸν μετ' ἀλεξάνδρου καθ' ἡμῶν.
recordabit eīm oīm maloꝝ q̄
μνησθήσεται γὰρ πάντων τῶν κακῶν ὧν
fecim⁹ cōtra ipm τ in
συνετελέσαμεν πρὸς αὐτὸν καὶ εἰς τοὺς
fratres ei⁹ τ cōtra gētē ei⁹.
ἀδελφοὺς αὐτοῦ καὶ εἰς τὸ ἔθνος αὐτοῦ.
τ dedit ei potestatē cōgregādi exer
καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν συναγαγεῖν δυ
cit⁹ τ p̄parandi arma: τ vt
νάμεις καὶ κατασκευάζειν ὅπλα, καὶ εἶ
esset ipe soci⁹ ei⁹. τ obsi
ναι αὐτὸν σύμμαχον αὐτοῦ. καὶ τὰ ὅμη
des q̄ i arce dixit vt redderent ei.
ρα τὰ ἐν τῇ ἄκρᾳ εἶπε παραδοῦναι αὐ
τ venit ionathas in hierl'm. τ
τῷ. καὶ ἦλθεν ἰωνάθαν εἰς ἱερουσαλήμ. καὶ
legit epistolas in aures oīs
ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς
ppli τ eoꝝ q̄ de arce. τ timu-
τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄκρας. καὶ ἐφοβήθη
erūt timore magno q̄n audierūt q̄ de-
σαν φόβον μέγαν ὅτι ἤκουσαν ὅτι ἔδω
dit ei rex potestatē cōgregādi
κεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἐξουσίαν συναγαγεῖν
exercit⁹. τ tradiderūt q̄ de arce
δυνάμεις. καὶ παρέδωκαν οἱ ἐκ τῆς ἄκρας
ionathe obsides. τ reddidit e-
ἰωνάθαν τὰ ὅμηρα. καὶ ἀπέδωκεν αὐ-
os parentib⁹ eoꝝ. τ habitauit io-
τοὺς τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν. καὶ ᾤκησεν ἰω-
nathas in hierusalē. τ cepit edificare
νάθαν ἐν ἱερουσαλήμ. καὶ ἤρξατο οἰκοδομεῖν
τ innouare ciuitatē. τ dixit ad
καὶ καινίζειν τὴν πόλιν. καὶ εἶπε πρὸς τοὺς
faciētes opa vt edificarēt muros τ
ποιοῦντας τὰ ἔργα οἰκοδομεῖν τὰ τείχη καὶ
mōtē sion in circuitu ex lapidib⁹ q̄dratis
τὸ ὄρος σιὼν κυκλόθεν ἐκ λίθων τετραγώνων
in munitionē. τ fecerūt sic: τ fu
εἰς ὀχύρωσιν. καὶ ἐποίησαν οὕτως, καὶ ἔ-
gerūt alienigene q̄ erāt in munitioni
φυγον οἱ ἀλλογενεῖς οἱ ὄντες ἐν τοῖς ὀχυρώμα
b⁹ q̄s edificauit bacchides. τ reli-
σιν οἷς ᾠκοδόμησε βακχίδης. καὶ κατέλι
quit q̄libet locū suū: τ abijt
πεν ἕκαστος τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν
in terrā suā. ceterū in bethsuris
εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. πλὴν ἐν βαιθσούροις
relicti sunt q̄dā ex his q̄ dereliq̄rāt
ὑπελείφθησάν τινες τῶν καταλιπόντων
legē. τ p̄cepta: erat eīm eis
τὸν νόμον. καὶ τὰ προστάγματα, ἦν γὰρ αὐτοῖς
refugiū. τ audiuit alexāder
φυγαδευτήριον. καὶ ἤκουσεν ἀλέξανδρος ὁ
rex promissa q̄ misit
βασιλεὺς τὰς ἐπαγγελίας ὅσας ἀπέστει
demetri⁹ ionathe. τ narrauerūt
λε δημήτριος τῷ ἰωνάθαν. καὶ διηγήσαντο
ei p̄lia τ facinora
αὐτῷ τοὺς πολέμους καὶ τὰς ἀνδραγαθίας

q̃ fecit ipse ꝛ fratres ei⁹: ꝛ
ἃς ἐποίησεν αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ τοὺς
labores q̃s habuerũt. ꝛ dixit: nũq̃d inueniem⁹
κόπους οὓς ἔσχοσαν. καὶ εἶπε, μὴ εὑρήσομεν
viꝝ talẽ vnũ? ꝛ nũc faciem⁹ eũ
ἄνδρα τοιοῦτον ἕνα; καὶ νῦν ποιήσομεν αὐ=
amicũ ꝛ sociũ nrm. ꝛ scripsit
τὸν φίλον καὶ σύμμαχον ἡμῶν. καὶ ἔγραψεν
epistolas ꝛ misit ei iuxta
ἐπιστολὰς καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ κατὰ τοὺς
verba hec dicẽs. rex alexan
λόγους τούτους λέγων. βασιλεὺς ἀλέξαν
der fratri ionathe gaudere. audi
δρος τῷ ἀδελφῷ ἰωνάθαν χαίρειν. ἀκη
uim⁹ de te ꝙ vir potẽs fortitudĩe
κόαμεν περὶ σοῦ ὅτι ἀνὴρ δυνατὸς ἰσχυΐ
ꝛ aptus es vt sis nobis amic⁹.
καὶ ἐπιτήδειος εἶ τοῦ εἶναι ἡμῖν φίλος.
ꝛ nũc costituim⁹ te hodie sũmũ sa
καὶ νῦν καθεστάκαμεν σε σήμερον ἀρχιε
cerdotẽ gẽtis tue: ꝛ amicũ regis
ρέα τοῦ ἔθνους σου, καὶ φίλον βασιλέ
vocari. ꝛ misit ei pur=
ως καλεῖσθαι. καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ πορ
purã ꝛ coronã aureã. ꝛ vt sapias
φύραν καὶ στέφανον χρυσοῦν. καὶ φρονεῖν
q̃ nr̃a sũt ꝛ vt serues amicitiã erga nos.
τὰ ἡμῶν καὶ συντηρεῖν φιλίαν πρὸς ἡμᾶς.
ꝛ induit se ionathas sanctã vestẽ
καὶ ἐνεδύσατο ἰωνάθαν τὴν ἁγίαν στολὴν
septimo mẽse anno sexagesimo ꝛ cẽtesimo
τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἔτους ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ
in festo scenophegie: ꝛ cõgregauit exer
ἐν ἑορτῇ σκηνοπηγίας, καὶ συνήγαγε δυ=
cit⁹. ꝛ preparauit arma mul=
νάμεις. καὶ κατεσκεύασεν ὅπλα πολ=
ta. ꝛ audiuit demetri⁹ s̃mones
λά. καὶ ἤκουσε δημήτριος τοὺς λόγους
hos: ꝛ tristat⁹ est ꝛ dixit. q̃d hoc
τούτους, καὶ ἐλυπήθη καὶ εἶπε. τί τοῦ
fecim⁹ q̃z p̃uenit nos
το ἐποιήσαμεν ὅτι προέφθακεν ἡμᾶς ὁ
alexãder vt amicitiã cõstitueret cũ
ἀλέξανδρος τοῦ φιλίαν καταθέσθαι τοῖς
iudeis in munimẽ. scribã eis ꝛ
ἰουδαίοις εἰς στήριγμα. γράψω αὐτοῖς κἀ
ego verba exhortationis ꝛ altitudĩs ꝛ
γὼ λόγους παρακλήσεως καὶ ὕψους καὶ
donoꝝ. vt sint mecũ in auxi
δομάτων. ὅπως ὦσι σὺν ἐμοὶ εἰς βοή
liũ. ꝛ misit epistolã eis iuxta
θειαν. καὶ ἐπέστειλεν αὐτοῖς κατὰ τοὺς
verba hec. rex demetri⁹
λόγους τούτους. βασιλεὺς δημήτριος τῷ
gẽti iudeoꝝ gaudere. q̃m cõseruastis
ἔθνει ἰουδαίων χαίρειν. ἐπεὶ συνετηρήσα
ad nos pacta: ꝛ p̃mansi
τε τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, καὶ ἐνεμεί=
stis in amicitia nr̃a ꝛ nõ accessi=
νατε τῇ φιλίᾳ ἡμῶν καὶ οὐ προσεχωρή=
stis ad inimicos nr̃os audiuim⁹ ꝛ
σατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἠκούσαμεν καὶ
gauisi sum⁹. ꝛ nũc p̃seuerate adhuc
ἐχάρημεν. καὶ νῦν ἐμμείνατε ἔτι τοῦ
cõseruare erga nos fidẽ. ꝛ retri=
συντηρῆσαι πρὸς ἡμᾶς πίστιν. καὶ ἀνταπο=
buem⁹ vobis bona: ꝑ his q̃ facitis
δώσομεν ὑμῖν ἀγαθά, ἀνθ᾽ ὧν ποιεῖτε
nobiscũ. ꝛ remittem⁹ vobis remissiões
μεθ᾽ ἡμῶν. καὶ ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα
multas: ꝛ dabim⁹ vobis dona. ꝛ
πολλά, καὶ δώσομεν ὑμῖν δόματα. καὶ

quas ipse fecit & fratres ei⁹: & labores
quos laborauerunt. Et ait. Nunquid in
ueniemus aliquem virum talez? Et nũc
faciemus eum amicum & socium nrm.
Et scripsit epistolam et misit ei secundũ
hec verba dicens. Rex alexander fratri
ionathe salutem. Audiuimus de te ꝙ
vir potens sis viribus: & aptus es vt sis
amicus noster. Et nunc constituimus
te hodie sũmum sacerdotem gẽtis tue:
vt amicus voceris regis. Et misit ei pur
puram & coronam auream: vt que no=
stra sunt sentias nobiscuz: & conserues
amicicias ad nos. Et induit se ionathas
stolam sanctam septimo mẽse anno cẽ
tesimo sexagesimo in die solẽni sceno=
phegie. Et congregauit exercitum &
fecit arma copiosa. Et audiuit demetri⁹
verba ista: & contristatus est nimis: et
ait. Quid hoc fecimus ꝙ preoccupa=
uit nos alexander apprehendere ami=
citiam iudeorum ad munimen sui. Scri
bam & ego illis verba deprecatoria &
dignitates & dona: vt sint mecum in ad
iutoriũ. Et scripsit eis in hec verba. Rex
demetrius genti iudeoruz salutẽ. Quo
niam seruastis ad nos pactum: & man=
sistis in amicitia nostra: & non accessi=
stis ad inimicos nostros: audiuimus et
gauisi sumus. Et nunc perseuerate ad=
huc conseruare ad nos fidẽ & retribue
mus vobis bona pro his que fecistis no
biscum: & remittemus vobis prestatio
nes multas: & dabimus vobis donatio=
nes. Et nunc absoluo vos & omnes iu=
deos a tributis & precia salis indulgeo:
& coronas remitto: & tertias seminis &
dimidiam partem fruct⁹ ligni quod est
portionis mee relinquo vobis ex ho=
dierno die & deinceps: ne accipiatur a
terra iuda et a tribus ciuitatib⁹ q̃ addite
sũt illi ex samaria & a galilea ex hodier
na die: & in totum tempus. Et hierusa=
lem sit sancta & libera cuz finibus suis:
& decime & tributa ipsius sint. Remit=
to etiam potestatem arcis que est in hie
rusalem: & do eam sũmo sacerdoti: vt
constituat in ea viros quoscunqꝫ ipse
elegerit qui custodiant eam. Et omnez
animam iudeoruz que captiua est a ter
ra iuda in omni regno meo relinquo li
beram gratis vt omnes a tributis soluã
tur etiam pecorum suorum. Et omnes
dies solẽnes & sabbata & neomenie: &
